n Vnc ægyptioꝝ myſticã theologiã quæ multo uetuſtior fuit uideam9 Oſirim & Iſim ſolẽ & lunã eſſe aiũt.Iouẽ ſpiritũ qui p oĩa trãſeat: Vulcanũ ignẽ: Terrã cererẽ: Oceanũ humiditatẽ ac nilũ fluuiũ aſſerũt/cui deoꝝ generationẽ attribuunt: Aerẽ Mineruã appellarũt/quos quãdoque deos aera dico aquã ignẽ terrã & ſpiritũ p uniuerſũ orbẽ trãſire cõtẽdũt/& uarias formas hoĩm atque aĩaliũ cõmutari/quoꝝ cognomines apud ſe hoĩes floruiſſe ſolẽ/ſaturnũ: Opim Præterea Iouem: Iunonẽ: Vulcanũ & ueſtã/quæ oĩa Manethus latius ſcripſit Compẽdioſus autẽ Diodorus his uerbis Oſiris & Iſis ſol & lunã ſecundũ ægyptios ſunt a quibus trinis temporibus uere æſtate ac hyeme inuiſibili motu circũductis mundus gubernat͛: & omnia naſcũtur aluntur augentur. Tempora quamuis inter ſe aduerſentur mirabili tamẽ cõcordia annũ cõficere/horum autẽ deorũ alter ignis & ſpiritus/altera humidi & ſicci/uterque uero aeris naturã ꝓducere dicitur/quibus omnia & oriunt͛ & conſeruant͛/ita totũ quidem corpus naturæ oĩum ex ſolæ ac luna originẽ trahere. Partes aũt uniuerſi quinque illas eſſe ſpiritũ uidelicet/ignem ſiccum humidũ/ægyptiorũ lingua poſuerũt & ſpiritũ quidem diligenti ad latinã aera quorũ ſingula deos putarũt/& nomina uetuſtiſſima ac prima ægyptiorum lingua poſuerũt/& ſpiritũ quidẽ diligenti ad latinã linguã interp̃tatione Iouẽ appellare poſſumus/qui cũ animalib9 ipſius/ut ita dicã animalitatis cauſa ſit quaſi parentẽ aliquã rerum animam omniũ eſſe putarũt/quibus maximus poeta quoque omnium atteſtatur de Ioue dicẽs/pater hominũque deorũq; ignem uero uulcanum appellarũt magnũ deum eſſe putantes/permultũq; ab generationẽ atq; cremẽtum conferre. Terram porro quaſi uas aliquod atq; receptaculũ eorũ quæ oriunt͛ exiſtimãtes matrẽ nominauerũt/cui rei Orpheus cõſentit dicens. Terra mater cunctis diueſq; ceres humidũ autẽ oceanũ dixiſſe dicũtur q̃uis uerbum expreſſum latine delitiarum matrẽ ſignificat. Oceanum autẽ nonnulli græcorũ deſignare putarũt. Vnde poeta quoque cecinit/oceanus generatio diuum. Aegyptii autẽ nilũ fluuiũ eſſe cõtendũt/cui & deorũ generationẽ attribuunt. Plures enim urbes in ſolo ægypto quã in reliquo terrarũ orbe fuiſſe aiunt a priſcis diis Ioue uidelicet/ſole/mercurio/apolline/pane lucina/aliiſq; q̃pluribus cõditas aera mineruã appellarũt & filiã Iouis ac uirginẽ putarũt/nam & incorruptibilẽ aiunt eſſe natura & extremũ uniuerſi locũ obtinere contendunt Quapropter a uertice Iouis fabuloſe nata fuiſſe Minerua traditur. Tritonã uero appellatam/quoniã ter in annuo ſpatio uere/æſtate/hyeme cõmutatur/glaucopin.i. glaucullam uocari cõtendunt/nõ quia ut nõnulli græci putarũt glaucos habeat oculos/ quod nomẽ ipſum denotare uidetur/inſaniũt enim qui ſic putant/ſed quoniã aer niſum aĩalibus præbeat/aſſerũt autẽ hos quandoq; deos totũ orbẽ peragrare & hominibus in ſacratorum animalium formis apparere/quod & poeta ab ægyptiorũ ſacerdotib9 acceptum uerũ eſſe hiis uerbis atteſtatur: Peregrinis inquit dii ſimiles uirorũ urbes ingrediũtur æquitatẽ ferentes. Equidẽ a cæleſtibus diis quorũ æterna generatio eſt ægyptũ aſſerunt/alios deinde ab hominibus propter beneficia quæ cõiter omnibus cõtulerũt

ad immortalitatẽ translatos/quorũ aliqui cælestibus diis cognomines fuerunt/sol scilicet: Saturnus Iupiter quẽ nonnulli hãmonẽ appellant. Ad hæc Iunonẽ Vulcanũ: Vestam/& extremum Mercuriũ primũq; oium solem in ægypto regnasse hæc Diodorus Plutarchus aũt in libro quem de Iside inscripsit his uerbis utitur/sed quasi ab alio initio plurimorũ atq; rudiũ sententiã cõsideremus qui dicũt sic ægyptios Osirim/nilũ fluuiũ esse putare. Isidi terræ matrimonio cõiuctũ Tiphona uero mare in quod incidẽs nilus submergitur/queãdmodũ græci Saturnũ tẽpus. Iunonẽ aera uulcani uero generationem aeris mutationẽ in ignẽ esse arbitrantur. his dictis rursus fabulas ad dæmones refert/& aliter atq; aliter interpretatur operæpreciũ autẽ est ab his sciscitari/utrũ simulachra hæc & simulachrorũ figuræ dæmonũ an ignis eris terræ aquæ aut uirorũ & mulierũ brutorũq; aialium formas ostendant. Nam quoniã cælestiũ cognomines mortales extiterũt ut ipsi aiunt quos in numerũ deorum translatos existimant cælestiũ ne formas in simulachris imprimũt. an quod ipse uisus ostendit mortaliũ hominũ? Quod si ipsi respondere recusent/res tñ per se magna uoce clamãt mortales fuisse oẽs quorum simulachra cõstituuntur Plutarchus enim in libro de Isidie uel qualitatẽ corporum describit sic dicẽs/ægyptiorũ historia flaui corporis fuisse Typhona tradidit. Martem albi subnigri Osirim/hæc Plutarchus mortales ego dii sui fuerũt/& interpretatio fabularum periit uniuersa. Quid enim necesse fuit hoium formas elementis accõmodare cũ etiam ab'q; his colere ea potuerint? utris autẽ hæ appellationes inditæ primũ fuerunt. Vtrũ Vulcanus Minerua Iupiter Neptunus uino nomina de elementis primo/ deinde de hominibus equiuoce/an econtra hominibus primũ imposita ad elementa nominarũt. Præterea hymni cantus & arcana deoꝝ mysteria utrum elementorũ aut mortaliũ hominum symbolis peraguntur? errores autem/temulẽtiam/amores mulieres raptas/ & uiros insidiis cõuolutos milleq; huiusmodi decora quomodo elementis accõmodari potuerunt? aperte igitur ex his omnibus mirabilis & generosa physiologia nihil ueritatis habere ostendit. Sed audi quæso quæ Porphyrius etiam in epistola ad Anebũ quendam ægyptium de istis scripsit. Cheremo enim inquit & alii omnes nihil aliud ꝑter uisibilia putant ægyptiorum rõnem ad unguem secuti/qui nullos alios deos præter erraticas stellas & signa quæ orbem replent obliquũ fixasq; stellas quæ oriri atque occidere cum his dicuntur deos existimarunt/quarum partes aliæ aliis erraticis attributæ sunt ascendentem quoque particulam ac dominos eius quos ualidos appellant/quorũ nomina & potestates in libris almenichiacis scripta sunt ubi ortus etiam & occasus & futuroꝝ diuinatio continetur. Vidit enim Cheromol solem ab ægyptiis ut creatorem cultum/nec ignouit omnia quæ de Osiride & Iside dicuntur omnesque fabulas sacras aut ad stellas & ortus & occasus eaꝝ. Præterea progressus atque regressus aut decrementa crementaque lunæ/aut ad solarem cursum aut ad nocturnnm hemisperiũ / aut ad diurnum/aut ad fluu ũ nilum & omnino ad res causasque naturales referri/nec ullã de incorporeis eos uiuisq; substantiis facere mentionem. Vnde nostra quoque omnia nescio quo insolubili uinculo a motu stellarum necessario dependere arbitrantur /quã necessitatẽ fatum appellãt. Sic omnia stellis attribuũt quos solos deos & fatorũ dominos existimãtes sacris & simulachris reliquoque deoꝝ cultu propitios sibi reddere conantur. Sic præter illa quæ in cælo uident alios deos/Porphyrio etiam teste theologia ægyptiorum nõ nouit creatorẽ uero reꝝ oium non intellectum/non incorporeã quãdam substantiã/non uirtutem quãdam intellectiuã/sed uisibilẽ hunc solem arbitratur. Ad stellas igit᷑ omnia refert & cũcta fatis/idest stellaꝝ motui & aspectibus attribuit/ꝗ opinio usq; ad hæc tempora ab ægyptiis tanq̃ uera defenditur/ ꝙ sic hæc uisibilia ele-

menta mystica/ægyptiorum theologia deos putat/hæc aũt omnia animæ atq; rationis expãia sunt/nec a corruptiõe oĩno aliena. Attẽde diligẽter ad quantã turpitudinẽ sublimis eoꝝ theologia decidit/quæ ultra hæc nullũ intellectũ/nullã separatã substantiã ꝑ causa rerũ cognouit. Veꝝ quoniã ipsi quoq; cõcedunt ab ægyptiis in græcos thologiã affluisse una cũ ægyptiis græci ẽt redarguunt. Sed de his rebus idẽ Porphyrius huiusmodi uerba eo scripsit in libro quem de abstinẽdo a carnibus aĩalium edidit. Ab hac peritia inquit ægyptii ad cognitionẽ dei profecti cognouerũt nõ ad hoiem solũmodo deum peruenisse/nec in hoibus aiam solũmodo habitasse/sed eandẽ aialia oia continere. Qua de re tã hoies q̃ beluas serpẽtia simul atq; uolãtia quædã in deos susceperũt & alius apud eos deus hoĩs collũ/faciẽ alius/aliudq; mẽbrũ aliusmodi gerit/& rursus/ aliud caput hoĩs/collũ auis cæteraq; mẽbra diuersoꝝ aĩalium conformia possidet/quibus significant deoꝝ sententia aialia cõplura cum inter se/tum maxime nobiscũ amice uiuere. Vnde leoni particula quædã ægyptii dedicata leonina/alia uero quædã bouina alia canina noĩatur: Veꝝ enim quæ in q̃ibus est his aialibus quæ a singulis deoꝝ inuẽta sũt colere statuerũt. Aquã uero atq; ignem apprime uenerant & in oibus sacris adhibent/quia maxima salutis humanæ causa hæc elemẽta sunt. Quare adhuc usq; diem quom sanctissimũ Serapidis templum aperitur uniuersus cultus igne atq; aqua peragitur /nã qui dicant hymnos aquam libat & ignẽ tunc ostendit/quando in uestibulo fixus ægyptioꝝ lingua deum exsuscitat. Ea uero aialia magis colunt quæ rebus sacris magis conueniũt: Nã & hoiem apud Anabim oppidũ adorãt/quare quẽadmodum ab humanis carnibus abstinendum est sic ab aliorum ẽt animaliũ hac illi cumulata sapientia & diuinarum reꝝ consuetudine quædã animalium magis q̃ homines a diis intellexerunt amari/quæ soli maxime consecrata putant quia natura eoꝝ sanguine & spiritu copiosissimo constet/& post pauca. Scarabeũ uero aĩal ait reꝝ diuinaꝝ indocti abominabant/quod ægyptii summopere uenerant animatam solis effigiem esse putantes: Scarabeus autẽ omnis uirilem sexum habet/& spermate in stercus infuso pila deinde confecta pedibꝰ inuoluit/ueluti sol cælum & mensem lunarẽ expectat/sic de ariete de crocodillo de uulnere cæterisq; animalibus philosophantur/ita ex sapientia & religione ad cultum aĩaliũ peruenerunt. Hæc de generosa ægyptiorum theologia locupletissimus testis Porphyrius scripsit/quos aquam & ignem adorantes/ & unam rõnalium atque irrationalium substantiã animæ dicentes non iniuria in deorum numerum bruta ægyptios accepisse affirmant. Quomodo autem stultissimum non est immanes beluas/ideo ut deos uenerari quia similẽ hominibus animam habeant? Nam si homines putant humanos honores eis conferant/nec autem feris quas natura rõnis expertes fingit quasq; homines appellare non dignamur/non hominum honores sed primæ causæ & appellationem & gloriam attribuunt. Ad hæc quare mirabilis ægyptioꝝ sapientia lupos/canes/leones uenerantur didicimus/nec Scarabei miracula ignoramus. Non deridebimus ergo amplius hos deos / miserabimur autem humanum genus / gratiasq; largitori bonorum Christo reddemus / qui nos a uetustissima ista cæcitatæ per euangelicam doctrinam suam liberauit. Iam.n.ipsi ẽt fere oẽs ægyptii ab hoc morbo liberati uero militant deo/habes iam absolutam ægyptioꝝ græcorũq; theologiã/a quibus didicisti nihil incorruptũ coluisse. Cõcedatur aũt eis ueram fabulaꝝ esse physiologiam/sitq; sol modo Apollo modo Osiris/& luna nunc isis nunc diana & quæcũq; alia dicere uelint. Solem ergo ac lunam stellas quoq; & reliquas mundi partes quasi deos adorare debemus. Ita generosa græcoꝝ ac ægyptioꝝ theologia ad sublimiora nos producere fabularũ allegoriis pollicita ad corpora rursus deduxit nec aliud q̃ ignem & aquam & partes mundi cole-

re adhortata est/quomodo igit̃ saluatoris nostri euãgeliũ mirabile nõ ẽ/quo solis & lunæ totiusq; mũdi creatorẽ dicẽti fide colere/nec elemẽta corpoꝝ nec uisibilia quædam/sed eũ q p hæc iuisibiliter cognoscit̃ creantẽ intellectũ solũ admirari/solũq; adorare didicimus/q p oĩa penetrãs cũ sit icorporabilis solo itellectu percipit̃/imo uero iestabilis & incõprehẽsibilis ẽ. Panditur aũt atq; pspicitur p ea quæ facit/quæ producit gubernat conseruat oĩbus inuisibiliter assistẽs nõ cælestibus solũ/uerũ ẽt terrestribus magnificẽtiam operum suorum per hæc ostendes quæ illi deos putarunt.

¶Qui iuniores noua quædam per fabulas excogitarunt. Cap. III

u Erum & fabulosa & mystica illoꝝ theologia rebus ipsis refutata tempus iam est horum etiam iuniorum cogitationes inspicere. Isti enim qui modo philosophant̃/quæ magno tẽpore post Platonem de intelligentiis & rerum creatore recte inuenta sunt theologiæ priscorum attribuere conati maxima arrogantia fabulas laudãt quorum physiologiam his uerbis Porphyrius edidit/explanabo quibus fas est/procul hinc abestote scelesti/quos etiam uetusti cælare uolantes deum & dei uirtutes præhensibiles significarunt imagines/& ea quæ uisibilia sunt uisibilibus significãtes figuris & simulachris quasi sacris litteris magna mysteria tradiderunt. Non est autem mirandum in ligna & lapides a fatuis simulachra putantur. Similiter enim etiam qui litteras nesciunt librorum uolumina non aliud q̃ pertextum putant papyrum/hoc exordio auditores præparauit/audias igitur quæ progrediens scribit. Cum igit̃ deus lux sit & ignem æthereum habitet/nulloq; sensu capi possit lucida quidem materia ut crystallo parioue lapide ad compræhendendum lumen ipsius exhortãtur/ auro autem ignis ille immaculataq; natura intelligit̃. Multi uero nigris lapidibus inuisibile illius substantiæ significarunt/hominis autem formam diis attribuerunt /quoniam deus ratio est/ pulchros fingunt propter immarcescibilem illam pulchritudinem/diuersis præterea figuris & ætatibus & alios sedentes/alios stantes/mares alios/alias fœminas/& aut uirgines/aut matrimonio coniunctos diuerso quoq; amictu simulachra constituunt/ut diuersitas deorum non lateat. Vnde factum est ut omnia candida cælestibus diis attribuantur/pila & rotunda omnia/mundo præcipue soli & lunæ q̃uis nonnunq̃ spei atq; etiam fortunæ/circulus autem & quæ circularia sunt sæculi motui cælesti & circulis quæ in cœlo esse intelliguntur. Circuli autem partes diuisis lunæ figuris/pyramides uero et obeliscos ignis substantiæ & diis olympiis hac ipsa de causa ita communi quoq; soli terræ cylindrũ sationi & generationis penem & propter muliebrem sexum figuram triangularem. Hæc magnus ille philosophus/quod autem turpius q̃ obscenitatem idolorũ excusare/quid amentius q̃ auro & lapide/huiusmodiq; materia diuinum lumen & cælestem naturam significari putare? Quod autem a iunioribus hæ cauillationes excogitatæ sunt/quas prisci ne somnis quidem uiderunt/ quibus ex auro & preciosa materia imagines deorum fingere turpe uidebatur /uerba Plutarchi audias. Simulachrorum autem fictio uetustissima quidem res est quæ prisci ex ligno fingebant. Si quidem lignum erat quod in delo primum ab Erisichthone Apollini fuit consecratum. Ligneũ etiam Palladi ab indigenis constitutum/quod etiam nunc apud athenienses inuenitur Iunonis etiam simulachrum ex ligno apud samios erat ut Callimachus asserit. Sic enĩ inquit deos uetusti fingebant. Peras etiam ille qui primus argolice templum condidit & Callithiam filiam suam antistitem consecrauit/ex piri trunco simulachrum Iunonis dicitur confirmasse. Lapidem enim rem duram & inanem in deorum effigiem cælare nolebant. Aurum uero atq; argentum in fœcundæ terræ atq; infœlicis morboꝝ colores esse putabant. Ebore uero propter uarietatem abusi sunt/hæc Plutarchus. Plato uero

magnis ante eum temporibus non decere ex auro & lapidibus & ebore aliaq; materia in animi deorum effigies fingere putans sic in legibus præcepit. Terra inquit & uesta sacra deorum est habitatio/ne igitur ex his cæteris diis simulachra constituat/aurū aūt atq; argentum inuidiosa possessio est. Ebur aiam deposuit/ac ideo ad simulachra deorꝫ ineptum est. Aes & ferrum belli sunt instrumenta. His aperte refutatum esse Porphyrium puto/sed tamen reliqua etiam inspiciamus. Admiranda inquit est græcorum sapientia qui Iouem mundi mentem arbitrantes quæ in seipsa mundum continens produxit. Sic a theologia Orphei profecti de eo tradiderunt.

Iupiter altitonans ante omnia sæcula primus.
Iupiter extremus longa est post sæcula mundi.
Iupiter est summus uertex atq; infima planta.
Ipsæ æternum semper simul est/ac totus ubiq;.
Terra fundus.
Sideræq; domus rex est/& Iupiter ipse
Principium atq; ortus rerum/uis una/deusq;.
Vnus & omnipotens/regali in corpore cuius.
Singula ponuntur tellus/unda igni/& aer.
Nox simul atq; dies sapientia primaq; origo
Ac iucundus amor/magno hæc in corpore regis
Sunt iouis excelsi/ceruicem nanq; uidebis
Cæli suspiciens renitentia magnaq; tecta
Hoc caput auricomum flaui de uertice crinis
Stellarum erutilant radii/dehinc aurea pandit
Cornua bina caput/capitiq; simillima tauri
Vnum est ortus/occasus aliud:
Ast oculi fulgens ingenti lumine phœbus.
Lunaq; purpureo phœbi redimita colore
Præscia u enturi mens constat regius æther:
Quam strepitus nullus nec uis nec fama latere
Arcanumue potest/penetratq; per omnia uictrix.
Præterea inuictum corpus sine fine modoq;
Panditur/ast humeri magni sunt pectora lata
Est aer/alas quoq; uenti possidet ille
His ad cuncta uolans euro est uelocior ipso
Tum sacer atiqua matre ex tellure tumescit.
Venter/& ex altis consurgit montibus ingens
Quem medio pontus succingit rite sonorus
Vltima præterea terrarum lumina & ampli
Fundamenta globi furibundaq; tartara plantas
Esse pedum magni constat rectoris olympi
Hic dum sub terris cælasset cuncta/deinde
Eximis repetens in lucem protulit almam

Vniuersus igitur mundus Iupiter est aial ex aialibus deus ex diis cōstitutus. Iupiter āt est inquantū intellectus est a quo uniuersa ꝑducuntur & qui cuncta creat intelligēdo/ hoc igitur modo theologis de Ioue sentientibus īpossibile est talē eius imaginē fingere qualē carmina descripserūt; Iouē igitur eē credendū est uirtutē prouidentem atq; uiui-

ficam quã pila & rotundis figuris significabantur/hois uero simulachrum ei cõstituũt: qm̃ mens est qua cũcta seminali rõne producit. Sedere ãt fingitur ut stabulis uirtus atq; incõmutabilis exprimat᷑. Nuda apertaq; habet superiora qm̃ conspicuus intelligentiis & supioribus est. Inferiora uero tegunt᷑ quia occultatur inferioribus creaturis. Sceptrũ leua tenet quia in his corporis ptibus eoꝝ spiritalissimũ uitæ domiciliũ inuenitur. Creatiuus.n.intellectus rex spiritusq; uiuificans mundi est. Dextera uero aut aquilã ꝓtendit aut uictoriã/alterũ quia cæterorũ deoꝝ dñs queãdmodũ aliarũ auiũ aquila est/ alterũ qa oia sibi subiecta sunt. Hæc Porphyrius. Nõ est aũt ab re diligẽter cõsiderare qsnã Iupiter esse his carminibus affirmat᷑. Mihi.n.nõ alius uidet᷑ q̃ hic uisibilis mũdus qui cælo æthere aqua terra cæterisq; ptibus cõstat. Aperte nãq; in ipsis dr̃ regali in corpore cuius singula ponunt᷑/& que sint ista declarat tellus unda ignis & aer. Nox simul atq; dies sapientia primaq; origo. Ac iucundus amor. Ad hæc adiicit᷑ mentẽ atq; intellectũ iouis æthera eẽ: quod stoici postea secuti substantiã igneã mentẽ esse mũdi & deũ esse corpus nec creatorẽ aliud esse q̃ uirtutẽ igneã asseruerunt/hæc.n.carminibus istis eos accæpisse arbitror. Præscia uenturi men constat regius æther/his uerbis manifeste magnũ quoddã mũdus esse aial declaratur. Quod cũ iouẽ appellauerit/ætherẽ quidẽ mentẽ ipsius/corpus uero reliquas ptes mũdi putauit/sed huiusmodi qdẽ carminũ Iupiter interpres ãt iste carminũ uniuersus mũdus inquit Iupiter est aial ex aialib9 deus ex diis cõstitutus. Ita nullũ aliũ q̃ hũc uisibilẽ mundũ significari uoluit. Sic & ægyptiorum ratio/a quibus Orpheus ista recæpit mũdũ & ptes eius deus astruebat/aliã deinde sñia a se adiecit creatorẽ oium deũ ꝓuidentẽ quedã intellectũ esse affirmans quõ.n. separatũ intellectũ in carminibus itelligi dicemus: quẽ poeta ille siue Orpheus siue ali9 nunq̃ intellexit. Siue.n.a priscis græcis siue ab ægyptiis didicerat theologiã nihil intelligibile atq; incorporeũ tradi ab eis poterat. Si quidẽ locupletissimus Plato testis est qui in cratillo clamat ut diximus priscos græcos eos dũtaxat deos putasse quos mõ barbari solẽ lunã stellas & cælũ. Sed Cheremo quoq; paulo ante a Porphyrio citatus testimoniũ ꝓhibeat nõ aliud q̃ mundũ & ptes mundi deos ab ægyptiis cultos/nec quicq̃ ipsos de intelligibilibus & uiuis substãtiis intellexisse. Vnde igit᷑ poeta ille deũ qui super oia est uniuersi creatorẽ p ipsum uniuersum & ptes eius mẽte solũmodo cognoscibilẽ cognoscere potuit? Rei uero icorpeæ cognitionẽ unde habuit? nec certe quicq̃ icorporeũ ab eo ꝑceptũ carminibus ostẽdit᷑. Creatiua.n.mens nec a pluribus est cõstituta ptibus nec cælũ sibi caput dici põt/nec ignis aqua & terra corpus ei cõficiũt/nec oculi ei9 sol atq; luna possunt affirmari. Quomodo ãt humores pectora terga & mentem creatrix mẽs oim habebit? aut quõ æther mẽs creatoris dici aut fingi põt? Quod igit᷑ hæc cauillatur carminis huius interpres neminẽ fugere potest? Ego uero in ꝓfundũ ipietatis incidisse arbitror eũ qui ptes mũdi ptes dei putauit/& ausus ẽ mundũ & deũ eundẽ affirmare/& ad hæc quasi aiam mũdi esse intellectũ q oia creauit. Nõ.n.piũ est cõiunctũ mũdo creatorẽ & animã corpori putare. Adesse ãt ipsũ uniuerso mũdo ꝓuidere ac gubernare scriptura diuina docet. An nõ ipleo iquit dñs ego cælũ & terrã? rursus deus supra & in cælo & idẽ in terra est/& alibi in ipso uiuimus & mouemur & sumus/nõ tñ ut ptes nec sicut in mẽte aiaq; nostra: sed si oportet similitudinẽ uti/sacras litteras audiamus. Cælũ mihi sedes/terra uero scabellũ pedũ meoꝝ clamãtes. Cõsidera igitur quãto melius & expressius hæc dicta sũt. Nã qui cælũ sedem appellat terrãq; scabellũ & uniuersum mundũ prouidentie dei subiecit: & sup oia deum esse significauit quippe cum neq; scabellum neq; sedes corpus sedẽtis appellari possint: sed nec partes eius. Qui uero cælum caput dei/& mentẽ eius æthera & partes Mundi partes dei asserũt/nec crea

torem nec deũ cognouisse redarguuntur. Non.n.ipse se ipsum creabit nec mens ipse
poterit dici/cuius æther ẽ.Quomodo.n.deus erit cuius terra & cætera corpa ptes sunt
res corruptibiles & abiectæ? Si uero mens Iouis nihil aliud q̃ æther ẽ & si aer subtilissi
mus atq; igneus appellat́ æther(id.n.uocabulũ ideq; ipsi significare arbitrant́) suntq;
ambo hæc corpa aer dico & æther/aiaduerte quo mens Iouis iã cecidit/& cogita quis
nõ mẽte captus deũ appellabit eũ/cui mens corpus quoddã isensatũ est atq; inanime.
Quare merito theologia nr̃a negatiue oia hæc appellat quod scilicet neq; cælum neq;
æther/nec sol & luna/nec stellaꝝ fulgor/nec uniuersus ipse mũdus deus sit/sed opa ma
nuũ eius.Quæ oia parua quædã & uilia reperiunt́ nõ dico creatori/sed itelligibilibus
creaturis cõparata/quas imortales & lõge corpibus pstantiores beate apud deũ uiuere
arbitrant́.Probe igit́ de mũdi partibus hoc modo a scriptura docent́. Videbo cælos
opa digitoꝝ tuoꝝ lunam & stellas quas tu fundasti & opa manuũ tuaꝝ sunt cæli & rur
sus.Respice in altitudinẽ oculis uestri & cõsiderate quis oia ista mõstrauit.Sed age iam
reliqua pspiciamus.Impossibile ẽ inqt talẽ eius imaginẽ fingere qualem carmina descri
pserũt/& ideo ei simulachrũ hois cõstituerũt/quoniã mens ẽ/qua cũcta seminali rõne
pducit/quomodo igit́ si mũdi & spatiũ eius cæli/terræ/cæterarũq; huiusmodi imagi
nẽ quã carmina descripserũt fingere ipossibile est diuinæ mentis effigiẽ fabricati sunt?
Quod.n.corpus itellectui diuino similitudinẽ habebit/cũ nec mẽtis humanæ imagi
nẽ habere posse cognoscit́? humana.n.mens in corpora est atq; simplex/corp9 aũt oẽ
corruptibile atq; cõpositũ.Quare iure rõnalis atq; imortalis aia & intellectus eius ima
ginẽ & similitudinẽ dei habere dicit́.Immaterialis.n.& incorporea itellectualis rationa
lisq; p essentiã est uirtutis & sapiẽtiæ capax.Qui si humanæ aiæ atq; mẽtis formã & ef
figiẽ fingere ipossibile est/quoniã nec sensu pcipitur. Quis adeo stultus erit ut ligneũ
simulachrũ ac effigiẽ dei creatoris oium similitudinẽ habere arbitraret́? Natura.n.diui
na oẽm materiã & omnia quæ percipimus excedit mente solũmodo ac sanctis animis
intellecta/figura uero Iouis quæ in simulachro conspicitur mortalis uiri effigies ẽ/quæ
non totum hominem/sed peiorem eius partem imitata expressit/nullum enim uitæ at
q; animæ uestigium ostendit.Quomodo igitur uniuersi deus mensq; omnium crea
tura ipse Iupiter erit/qui aut in ære aut in ebore cernitur? aut quomodo pater Herculis
est qui ab Alcumena natus esse dicitur/reliquorumq; heroum qui cum homines fue
rint mortales suæ mortalitatis argumenta posterioribus non pauca reliquerunt? ut eni
in primo probauimus uetustissimi phœnicum theologi Saturni filium mortalem ex
mortali & ex phœnicia originem traxisse affirmabant/hæc eadem ægyptii nunq̃ nega
runt præter quã quod ab ægypto fuisse oriundum contendunt.Cretenses quoq; suum
fuisse Iouẽ asserentes sepulchrum eius magnifice constructum apud se ostendum.At
lantii ẽt & cæteri omnes qui apud se Iouem natũ fuisse asserunt mortalẽ nunq̃ negarũt
resq; ipsius gestas mortales enarrãt/factaq; multa turpia ois petulantiæ plena conscri
bunt.Fabularum uero priscis quidem illis expositoribus modo calida quædã & ignea
uirtus modo spiritus quidã iupiter uidebatur. Nunc aũt nescio quo modo his Iuniori
bus creatiua mens rerum iupiter appellatur.Interrogandi ergo sunt quẽ dicũt patrem
auum atq; proauum istius mentis esse/ut.n.theologia eorum prædicat Saturni fili9 iu
piter fuit & Orpheus in prædictis carminibus id ipsum confirmabat.Saturnũ aũt Cæ
li filium fuisse non negant.Si igitur deus oium & intellectus qui cuncta creauit iupiter
est quẽnam dicent esse Saturnũ patrem iouis? & cælum rursus Saturni patrẽ. Quod
si primus iupiter oium est quasi creator necesse est secũdos & post eũ cæteros eẽ: q ab
eo creati sunt.Saturnus.n.quem tẽpora esse uolunt quoniã tpa motu cæli conficiũtur

a cælo genitus dicitur. Cæli aũt & tpis ipsius cã est ꝑfecto mens illa creatrix quã Ioue͂ appellãt. Quare nõ erit a cælo tertius Iupiter. Quomodo igit᷑ tã ægyptiis & phœnicibus q̃ græcis & primis oibus philosophis tertius a cælo creatiu9 iste itellectus in theologica genealogia narrat᷑? Patefacta ẽ igit᷑ huius philosophi astuta fictio. Patefiet autẽ ex his magis quæ subiicit dicẽs. Cõiugẽ Ioui Iunonẽ recte putarũt / æthereã.n.atq; aereã uirtutẽ Iunonẽ appellarũt. Nã æther ẽ aer subtilissimus Iouis certe mentẽ æthera eẽ carmina significarũt. Modo aũt iste iterpres diffiniẽdo aera ipm dicit eẽ subtilissimũ corpus aũt aer / corpus igit᷑ æther. Quare mens quoq; Iouis erit corpus oium subtilissimũ. Et quomodo corpus atq; mens natura diuersissima idẽ eẽ intelligent᷑. Deinde nescio quo pacto sui & carminũ oblitus / qbus apte dicit᷑ mentẽ Iouis æthera eẽ præscia iquit ueturi mens cõstat regi / & æther Iunonẽ æthereã & aereã uirtutẽ eẽ ait. Diuisiõe deinde utit᷑ dicẽs uniuersi aeris uirtutẽ Iunonẽ / inferioris aũt qui lunari luce illustratur latonã noiari. Latonã.n.a latendo dici & obliuionẽ significare / quia cũ aiæ lunarẽ orbẽ descendẽdo trãsierint diuinaꝝ rerũ obliuiscũtur / ꝓpterea ẽt Apollinis & dianæ dicitur mater quibus noctis pellunt᷑ tenebræ. Aer ẽt hic iferior cũ lunæ solisq; mater sit nõ iniuria p latonã designat᷑. Ego uero nõ uideo quomodo aer solis & lunæ mater appellari possit / cum ipse magis a luminaribus fiat & trãsmutet᷑ q̃ ab ipso luminaria. Paululum uero ꝓgressus telluris uirtutẽ uestam appellat / cuius uirgiale simulachrũ in foco ignis statuitur / quæ uirtus quoniã ferax ẽ / mulieris eã specie denotarũt. Rhea uero quã opẽ latinæ appellamus lapidosæ atq; mõtanæ terræ uirtutẽ designat. Ceres feracis & planæ / differt eni a Rhea quoniã bonã Ioui peperit deã ac ideo imago eius spicis coronat᷑ & papauera quæ fertilitatis symbolũ sunt circa imaginẽ ponunt᷑ / hic diligẽter aniaduerte quomodo deoꝝ ipsiusq; Iouis matrẽ quæ Rhea dicit᷑ ad terrã & lapides detraxit / & eã dẽ esse cereri ait quibus adiecit. Quoniã aũt quædã uirtus ẽt ꝓiecti seminis in terrã ẽ / quã sol in hyemali solstitio fouet. Bona quidẽ dea quã & persephonẽ uocãt uirtus seminũ est. Pluto uero sol qui tpe hyemis remoti opem mũdi partẽ perlustrat / iccirco raptã ab eo Proserpinam dicunt / quam Ceres sub terra latentem quæritat. Plantarum autem omnium uirtus Dionysus nuncupatur / & bonæ quidẽ deæ imago germina quædam quasi sui symbola protendit. Dionysus uero cornua habet & muliebri formis est promiscuam uirtutem generationis plantarum significãs. Plutonis autem raptoris galea caput tegitur / quod occulti uerticis symbolum est. Sceptrum uero breue quod tenet inferioris regni symbolum est. Canis aũt eius frugum a terra partuum tripartito in proiectionem orationem germinationem diuidi notat. Atys porro atq; adonis ad fruges ac fructus ptinere uidẽtur. Sed atys flores maxime designat qui anteq̃ ad fructum ueniant defluunt. Quapropter pudenda ei fuisse incisa dicuntur / quoniã flores deflu xi semina non ꝓduxerũt. Adonis pfectos fructus significat. Silenus uero spiritalis motus symbolum est qui non paꝝ uniuerso conducit / cuius caput candore fulgens cælestis motus Cæsaries uero quæ inferiorib9 imaginis partibus apponitur crassitudinem te rrestris aeris significat. Verum quoniã uaticinandi etiam quædã uirtus est themis.i. latinæ carmẽta uocitata ẽ / eo quod statuta unicuiq; præcinat / quibus oibus uirtus hæc inferior colitur ut uesta & uirgo sponte sua nascentiũ arboꝝ ferax ut parturiens nutrix ut Rhea lapidosa & montana ut Ceres herbosa / uaticinatrix ut themis. Vis aũt seminalis quæ in terram descendit quasi priapus honorat᷑ / cuius quod ad siccos pertinet fructus. Bona dea / quod ad plantaria Dionysus nuncupatur / ita bona dea a plutone.i.a remotiore ac sub terra imorãte sole seminetis / tpe rapitur. Dionysus uero exacta hyeme quasi renouatis tpib9 germinat / florẽdi uirtus atyda ut diximus pficiendi adonim spiri-

talis silenum præsidē possidet/motio aūt eo℞ & quasi quædam extensio per bacchum denotatur. Satyri ueneream oēm uirtutē ostendūt/quibus oībus uniuersa terrestris uirtus pficitur. Hæc necessario tibi exposui ne pulchrā ho℞ philosopho℞ theologiā ignorares. Cur aūt hæc quasi dii honorāda sūt quæ ad alimēta aīaliū deus ꝓduxit? aut cur nobis terrestris uirtus colēda est/quibus cælestis & imortalis aīa iest pspicax si a sordibus libera est dei re℞ oīum creatoris. Cur ēt si motus spiritalis silenus ē/& motiuā uirtutē significat tū cælestē cādore capitis/tū aereā & crassiorē ꝓlixitate ac dēsitate barbæ nō magno.n.honorari cultu uidemus qui oībus erat præponēdus/cū adonim atq; dionysum fruges uidelicet atq; plātas diligētissime honorari uideamus? Quis aūt nō mirabitur nisi insanus sit/cū turpissimi hoīum morbi quasi satyri & bacchus colant̄. Sed nō est opus pluribus ea cōfutare quæ spōte sua iacent/exponēda potius cætera sunt ne qd arcanū & sublime nos lateat. Aqua℞ inqt & effectiuā uirtutē oceanū/symbolū aūt eius thetym appellarūt/eius uero aquæ quā bibere possumus uirtus achelous dicitur/marinæ neptunus quā inquātū generare pōt amphitritē uocant & aqua℞ quidē dulciū particulares uirtutes nymphæ/maris nereides nūcupantur. Ignis uirtutē uulcanum dicunt/& in forma hoīs ei simulachrū cōstituunt/in cuius capite pileus est cæruleus cælestis symbolū uolutionis/ubi integer sincerusq; ignis inuenit̄/nā qui a cælo in terram delapsus est cū imbecillior sit materiaq; indigeat claudicans fingitur/quā uirtutē in sole apollinem uocarunt a radio℞ uidelicet motu/quoniā pallyæ græce mouere ē. Nouem aūt apollinē circa musæ concinunt/septem uidelicet planetarū orbes/ octaua spera / & hæc ultima quæ luna. Laurum ei dedicarunt quoniam hæc arbos ignea est/unde odio a dæmonibus maxime habetur/& quoniam si uritur plurimum sonat/quod prædicendi uirtutem designat/hunc ipsum quia ægrotatiōibus medeatur & morbos pellat/ herculem uocant/&.xii.ei attribuunt certamina quoniā per duodena signa pertrāseat/clauam & leonis pellē accōmodant/alterum ut inæquabilitatem motus significent/alterū quoniam in leone maxime uires suas ostentat/huius salutarem uirtutem æsculapius designat/cui bacillum traditur ægrotantium sustentaculum. Serpens inuoluitur animæ atq; corporis signum salutare. Naturales.n.oēs cæteraq; quidem reptilia crassioris dicunt & terrestrioris eē substantiæ. Serpentem uero esse spiritalissimum animal aiunt/quod & imbecillitatem corporis exuat/& ad medicinam perspicacissimum eē uideat̄/nam & acuendū uisum herbam inuenisse & reuiuiscēdi quādam herbā cognoscere traditur. Ignea solis uirtus quæ fructus maturat dionysus nuncupat̄. Qua uero ratione anni tempore circūuolutus conficit horus dicitur. Virtus aūt eius qua ex agricultura fructum percipimus quia diuitiarum largitrix est pluto esse asseritur/quæ cū uirtutem ēt corriptiuam contineat una cum serapide dicit̄ habitare. Cerberum tricipitem dicūt/quia superiores solis regiones tres sunt ortus/occasus/meridies. Lunam etiam dianam nuncuparunt/quæ q̄uis uirgo sit lucina tamē est quoniam nouilunii uirtus ad pariendum non parum conferat. Quod autem apollo in sole est/id in luna minerua/qua prudentia designatur/rursus luna hecate dicitur ꝓpter uarias eius corporis figuras/quas a distantia solis sumere uidetur. Triformis.n.uirtus eius est/nam nouilunii uirtutem cādidis & aureis uestibus & ardente face significant. Cista uero cū iam media sit designat̄ quoniā crescente lumine fruges maturat. Plenilunii aūt uirtutem ferrugineo colore denotarūt/ramus ei laureus attribuitur/qm̄ a sole ignea sit/papauer ꝓpter fertilitatem & multitudinem aīa℞/quæ in ea tanq̄ in ciuitate inhabitant/ciuitatis enim symbolum papauer est/arcū habet ut diana/qm̄ partus dolores acuti sunt. Parcæ quoq; ad uirtutes lunæ referunt̄/clotho ad generandū/lachesis ad nutriendū/atropos qm̄ iconuertibilis

dea est/trepin.n.uertere græcæ significat/fructuū ēt generatiuā uirtutē quā Cererē ap pellāt/lunæ cohabitare dicunt ad exaugendā uirtutē eius.Cōtinet̄.n. bona dea lunari ptāte/Dionysiū quoq; sibi accōmodāt partim ꝑpter cornuū ꝓductionē/partim pp nu biū locū/qui lunæ subiacet.Saturni aūt uirtutē quoniā tarda & frigida est tpi attribue rūt quē seniorē depingūt/quia tpe uniuersa senescūt/occasiōes aūt curetes significāt & Saturni custodes sūt.Tpis.n.obseruatio quædā occasio ē.Quattuor uero āni tpa alia soli q̄ aeris ianuas aperire dicunt̄/alia cereri attribuimus cistas quæ ferūt duas/alteram floꝝ qua uer/alterā spicis qua æstas significat̄.Virtutē uero martis quoniā ignea ē atq; sanguinea bellis pfecerūt/plurimūq; obesse atq; ꝓdesse putarūt.Venerē generādi uir tutē possidere dicūt/spermatis & cupiditatis cām ei mulierisq; formam accōmodāt pp generationē pulchrā fingunt quia uesper ē/quæ pulcherrima in cælo stella eē uidetur/ cui cupido assistit pp cupiditatē.Vbera & ptes genitales tegunt̄/quia spmatis & nutri tiōis hæc mēbra cā sūt/& ex mari eē phibet̄/qd elementū humidū calidūq; ē & motu crebro spumas eiicit quæ res spmatis symbolū ē.Orōnis aūt & iterpretādi uirtutē mer curiū appellarūt/qui ꝓtensus atq; rectus fingit̄ pp oratiōis uigorē q̄uis & Dionysi sp maticas uires quæ p oīa tendūt significare cōfirmat̄.Sed cū oratio cōposita sit aliam in solē ponūt & mercuriū appellāt/aliā in lunā quā nūcupant hecatē/aliā in uniuerso & appellāt hermopin/in oībus.n.seminalis uis ē.Mercurii aūt filiū cupidinē dicūt/quoni am amādi uirtus orōni quoq; attribuit̄.Vniuersi symbolum pana eē affirmāt/cui cor nua dederūt pp solē & lunā uariāq; pātheræ pellē pp uarietatē cælestiū/sed hæc græco rum sūt.Aegyptioꝝ aūt ait deoꝝ symbola talia sūt.Creatorē iquit eneph ægyptii appel lāt/cuius imaginē in forma hoīs faciūt colore cæruleo zonā tenētē & sceptrū/cuius in capite pennā ponūt significātes difficilē inuētu eē creatorē & nemini cōspicuū uiuificū ēt & regē & itelligibili motu circūlatū/hic deus inqt ab ore ouū ꝓducit a quo nascitur deus/quē ægyptii phtha/græci uulcanū uocāt.Significat̄ aūt huiusmodi ouo mūdus huic iccirco ouis dedicata ē/quoniā prisci lactis potu degebāt/ueꝝ mūdi quoq; ipsius simulachrū tale finxerūt/cōplicatos habet pedes/uestes uariā usq; ad talos idutū/aure am pilā capite sustinet/partim quia locū nō mutat/partim ꝑpter uariā stellaꝝ naturā/ partim quia mūdus ipse rotūdus ē:Solis imaginē in naui collocāt quæ crocodillo ferē ut p nauigiū motus in humido/p crocodillū aūt potabilis aqua significet̄/in qua solem ferri contendunt.Cælestis aūt atq; terrestris telluris uirtutē isin appellarunt/ison.n.græ ce æquale ē/unde iustitia oritur/cælestē tellurē lunā eē asserūt/terrestrē uero hanc fru gū procreatricē quā habitamus.Quod ergo ceres apud græcos ē/id est isis apud ægy ptios/& rursus bona dea/& Dionysius apud græcos isis & osiris apud ægyptios/ fru ctuū eni procreatricē uirtutē osirim putant/quā fletibus placāt quoniā occationis tpe in terris occultetur.Designat aūt ēt pluuialē nili uirtutē/ueꝝ quādoqdē tellurem terre strem p osirim denotāt fœcundā/terrā/ intelligunt/qn̄ uero cælestē nilum esse aiunt. Hunc.n.osirim/idest nilū a cælo defluere arbitrant̄/quem ēt deflere solent lachrymis reuocari uirtutē eius putantes/quæ cæteris tpibus desinere uidet̄.Isis aūt quæ secundū fabulas osiridi cōiungitur terra ægyptia ē/isidos.n.maritus osiris ē/qui & frater & fili9 eius traditur.In elephantino poli aūt ægyptia urbe simulachrū colit̄ cærulei coloris ui ri corpus/caput arietis habēs/arietis igit̄ caput & facies & caprina cornua quæ habet cōiunctionē solis & lunæ in ariete significant Cæruleus color ei attribuit̄ quia lunaris cōiunctio humidior ē.Secūda uero lunæ lux apollinopoli urbe cōsecrata ē/cuius sym bolū homo accipitris habens faciē lācea typhona iterficiens/hoc simulachrū candidi coloris est/qui color ab alio lunā accipere lumē significat.Accipitris uero facies a sole

id fieri denotat/unde ad spiritū attrahit. Soli.n.accipiter dedicat̃/q lucis & spiritus sym bolū apud eos ē/alteꝝ ꝓpter motus uelocitatē/alteꝝ qa in altiora uolat/quæ lucidiora īferioribus sint. In mysteriis aūt apud eleusina antistes q reꝝ sacraꝝ expositor ē imaginē fert creatoris/ille q faces tenet solis qui stat in ara lunæ sacroꝝ ꝑco mercurii. Castellū aūt quoddā ē ægypti/quod anamis appellat̃ ubi homo colit̃/qui quæ sibi ad sacrificiū ꝑparant̃ comedit. Quod aūt aīalia deos nō arbitrant̃/sed imagīes & symbola deorū putāt/inde patet quia soli & lunæ boues sacrificāt/& in heliopoli maxim9 bos & nigerrimus quē nineuin appellāt ad imaginē solis colit̃/nā & solis ardor nigriora humana corpa reddi/habet aūt caudā ille bos & totū corpus pilis ad cōtrariā partē quā ī aliis bobus īclinatis densissimā/qm̄ & sol cōtra totius motū mouet̃/testiculos maximos habet/qm̄ uenerea cupiditas caliditate uiget. Et sol feminaꝝ naturæ appellat̃. Lunæ tauꝝ dedicarūt/quē apin nuncupāt nigrū præ cæteris & signa solis atq; lunæ habētē/habet enī ex sole & luna lumē solis symbolū ē coloris nigredo/& qui sub lingua ē scarabeus/lunæ uero coloris diuisio. Hæc breuiter a Porphyrii libro ne qd mysticę græcorum ac ægyptioꝝ theologia nos fugeret cōscribere placuit/quos errores nos fugimus & transfugas nos ꝑdicare nō pudet/nō.n.terebit me arrogās illa oratio/explicabo qbus fas est ꝓcul hinc abestote scelesti: Nō.n.nos scelesti sumus q hos errores fugimus/ sed q turpes atq; obscenas has fabulas & scarabeos ac cæteras fabulas ad summā theologiæ sapiētiā accipiūt q iuxta uocē apostolicā cū sapiētes se dicāt fatui sunt inuēti quoniā īcorruptibilis dei gloriā in similitudinē magnis corruptibilis hominis/ nec hominis solum uerum etiam uolatilium quadrupedem & serpentum commutarunt.

¶Refutatio mysticæ theologiæ. Cap. IIII.

u

Erū qm̄ mysticā & arcanā theologiā ad īcorporeas reducit uirtutes/ne uideatur ad has uisibiles mūdi ꝑtes diuinū cultū referre. Cōsideremus ne oia sibi rursus labant̃ cū una diuina uirtus nō multæ colēdæ sint/nā queādmodum q̄uis multæ partes & mēbra unius corpis sint/nō tm̄ tot aīæ sed una in hoīe uno aīa ē/sic & ī uniuerso putādū unū qdē ex una materia eē mūdū plurimis ꝑtibus cōstantē/cuius nō multæ sed una ē creatiua uirtus ueri dei uirtus & sapiētia: Illud aūt ridiculū ē quod etiā ægyptioꝝ nugas ad īcorporeas trāstulit uirtutes oblitus chæremona illū ab eo productū q ꝑter hæc uisibilia nullū aliū ab ægyptiis cultū fuisse deū testabat̃/& oia in res naturales nihil in rē īcorporeā illos traduxisse. Cur igit̃ cū ipsi ægyptii īcorporeas & uiuas substātias nullo se modo colere clamēt friuolas has inuētiōes excogitastis? & uniuersaliter qdē oia sic refutant̃/ꝑticulaꝝ aūt nō difficilis redargutio ē. Nā ut ægyptiacas nugas ꝑtereā qs mētis cōpos nō diridebit has græcoꝝ physiologias? Si.n.iupiter secūdū eos nō ignea illa uirtus atq; ætherea ut teste Plutarcho prisci putabāt/sed supremus ipse itellectus reꝝ oium creator & uita ē/qūo Saturnus pr̃ eius erit/ꝑ quē tps significari uoluit? Ops aūt quo pacto mr̃/quā iterpres iste lapidosam & mōtanā uirtutē eē asseruit? Iunonē uero aerea eē dicēs nescio qūo & sororē & uxorē creatoris itellectusq; uiuifici eē affirmat. Latona rursus si quasi quædā obliuio sit quæ aīas ad iferiora hæc lapsas cōsequat̃/qūo hæc obliuio solis & lunæ mr̃ erit? Apollinē qppe atq; dianā latonæ liberos ad solē & lunā traduxit. Cur aūt Opē & Cererē/idest secundū ipm lapidosæ atq; mōtanæ telluris & planæ ac æqualis symbola colēdas eē putat? Cur dionysum ꝑterea & atym & adonim generatiuā scilicet plantaꝝ uirtutē/aut imaturæ defluētiū floꝝ/aut ꝑfecti fructus symbola tanq̄ dii colēdi sūt/cū humanaꝝ genus ad usum/cuius oia hæc a creatore ꝓducunt̃ multo atq; multo illis honorabilius sit/hoc modo & reliqua facile redargues/& si diligētius cōsiderabis mirādā ipudentiā eoꝝ duces/q solē mō Apollinē

modo Herculē/deinde dionysum ac æsculapiū dicere nō uerent᷑.Q uomodo.n.idē pater & filius simul/idest æsculapius erit atq; apollo?Q uomodo aūt sol hercules ē/cū alcumenæ mortalis fœminæ filius hercules phibeat᷑?aut qūo furore sol exagitabat᷑ & liberos icitatus iterimet suos/quod herculē fecisse oēs fatent᷑?sed.xii.inqt certamina.xii. cælestia signa sunt.Q uis igit᷑ Euristheus excogitabitur/qui soli hūc certādi laborē iuito iponatur?qūo autē ad solē quinquaginta festiades & captiuaꝝ reliqua multitudo/qbus oībus herculē cōuenisse fabulant᷑?reduci poterūt/pſertim cū mortales liberos ab illis herculē suscepisse cōfirmēt/a quibus herculē genus tractū per longa tpa successione durauit/quē porro eē centarum dicent/cuius sanguine cruentatā uestē soli Deianira obtulit/unde succēsus furore dicit᷑ fuisse/uerū nō hercule, sed dionysum eē solē ponamus?Q uæ igit᷑ eū genuit siue semele quædā/siue pſephone? quomodo aūt Dionysus iste & sol simul erit/& germinādi mirāda uirtus?quā aūt dicemus multitudinē mulieꝝ fuisse quæ cū Dionysio militauit?quæ uero solis erit ariadne?Q uare aūt nō oīum quæ a terra nascunt᷑/sed uini solūmodo largitor Dionysus?qui si æsculapius & sol est qūo a Ioue turpissimi cā quæstus fulmine percutitur iuxta Pindarū sic de ipso dicentem?

Aurum illi nimium præciosaq; munera curæ.
Horrendum inde pater diuorum concitus ira
Contorsit fulmen animamq; corpore uulsit.

Aeclepiadū uero genus quod multis sæculis in græcia floruit undenā ortū est?ceteris sit sane uerisq; ac certis rōnibus in solē & lunam & reliquas ptes mūdi fabulæ trāsferant᷑/ergo rursus creatore relicto falso creaturas coluerunt. Q d᷑ si nō ptes mūdi/sed inuisibiles creatoris uirtutes/qbus oia replet:oībus abest/oī gubernat & continet colere se dicent/quare nō ꝑiectis fabulis sicut impiis atq; turpissimis ad ipm ueꝝ & unū deum nō cōuertunt᷑?hoc.n.facere debent/nō aūt quasi mētecapti uenerabilē dei appellationem creaturis ascribere/nec in ꝓfundis ita se ipsos tenebris claudere/ut intus se deū inuenturos cōfidere uideāt᷑/nec in simulachris & inani materia diuinas honorari uirtutes putare/nec sanguine ac nidore quasi res gratas creatori offerre/a qbus oib9 liberatos oporteret tanq̄ ueros philosophos magna uoce pdicare/nō hæc se uisibilia sed inuisibilē solūmodo creatorē admirari/& inuisibiles atq; icorporeas eius uirtutes inuisibiliter colere nō incedēdo ignē atq; arietē aut taurū sacrificādo nō sertis & simulachris/sed pio aīo & recta de deo sentētia & uirtute quæ ut possibile hoī est ad dei nos adducit similitudinē.Sed nullus unq̄ barbarus nullus græcus ante doctrinā saluatoris nostri hanc ueritatē cognouit.Saluator aūt noster solus oēs undiq; gētes euangelica pdicatiōe ad ueram religionem conuocauit.Sapiētes aūt huius sæculi oia se scire iactātes cū deū cognouissent/nō ut deum glorificarunt aut gratias egerūt sicut apostolus ait/sed obtenebratum est ipudens coꝝ cor & dicētes se sapiētes stulti inuenti creaturas non creatorē colentes qui est benedictus in sæcula.Post.n.longā philosophiam & mysticā/immo uero ipiā theologiā a physiologia sua deiecti multitudini conferuntur/& multoꝝ errores simulachris sacrificando adaugent.Q uare patet pudore uictos turpitudinē theologiæ suæ physiologia cælare uoluisse cū opere fabulas comprobent/quod mihi mirum nequaq̄ esse uidet᷑/cum & ipsos deos uideo fabulas contemnere non posse.Q uippe opæpretium est apollinem ipsum & æsculapiū audire quid de seipsis dicāt.Sic ergo Apollo teste Porphyrio in libro quem de responsis scripsit de seipso edidit.

Cum latona graui partus oppressa dolore
Commotiq; essent gemini intra uiscera diui
Stabat terra/aer stabat fixa insula robur

Accepit/fluctus etiam mitescere ponti
Cœpere/arcitenens uatesq; exiuit Apollo
Aesculapius quoq; de seipso sic edidit.
Natus ego ex sacra trica cui tota medendi.
Ars/cui sese omnis pariter sapientia debet:
Quem mater peperit compressa ab Apolline magnum
Illum æsculapium diuum numeroq; recæptum.
Mercurius autem sic de se ipso clamat.
Sum ioue mercurius/maiaq; Atlantide natus.
Formas etiam suas ipsi describunt ut ex hoc panos oraculo aperte monstratur.
Exoluo pani mortalis uota bicorni.
Delitiasq; deo pariter bipedi capricuro.

Non ergo uniuersum ipsum pan est sed dæmon quispiã talis uidelicet qualem seipsum hoc oraculo descripsit/non.n.uniuersus mũdus hæc carmina edidit.Mercurius ẽt quo modo interpretatiua oratio dici põt cũ maiæ Atlantidos filium se fuisse fateaẽ/& æsculapius quomodo sol erit qui se tricẽsem fuisse affirmat & a mortali se muliere natum nõ inficiatur:Quomodo aũt cũ sit solis filius sol ipse erit:Solis aũt & mortalis cuiusdam mulieris filiũ se appellans quomodo non erit ridiculus:Apollo ẽt si sol est quo pacto ĩ delo insula genitum se a latona prædicat:Hæc obiicienda eis tunc maxime censeo quã do impudenter saluatoris nostri uirginem partum deridere audent / præsertim cũ non a poetis ista/sed ab ipsis diis dicta sint.Cũ igitur & poetæ fabulose theologiam tradiderint/philosophi physiologice fabulas intelligant.Dii uero ipsi aperte qui & unde fuerit oraculis suis declararint/manifestum.s.est quia diis credendum est/uel quia dii sint uel quia unusquisq; melius q̃ cæteri sua cognorit.Quod si ita est philosophoꝶ physiologiæ falsæ oĩno inueniunẽ.Sin uero philosophi ueritatem assequuntur ipsoꝶ deoꝶ de seipsis testimonia falsa relinquentur.Sed illud forsan quispiam obiiciet quia responsum Apollinis phylosophorum sententiæ conueniens hoc modo inuenitur.

Sol & osiris item Dionysus horus apollo.
Rex & item retinet lucis qui & noctis habenas:
Qui uentos/qui dat imbres qui tempore mutat.
Stellarum summus rex immortalis & ignis.

Idem ergo dii & poetaꝶ fabulas & phylosophoꝶ sententias cõprobantes pugnãtia de seipsis cõfirmãt.Nã si mortalẽ sibi matrẽ ascribit apollo & patriam unde oriundus fuit spõte fatetur quomodo sol erit:q; si sol est quomodo delos insula patria & mater latona:hæc.n.uera esse ipse apollo respondit.Præterea si Apollo sol est qũo hæc de se ipso cecinit:Vtrũ sol de cœlo in aliquẽ hoiem descẽdit & hæc de se cecinit:sed non ẽ possibile talẽ tantãq; substantiã hoi se subiicere.An intelligẽtia & uirtus illa quæ in ipso est: Sed nec illam aia hoĩs unq̃ suscipere potuit.Eadem utemur rõne de luna q̃uis potestatẽ quæ in luna est hecatẽ appellantes/& malignoꝶ spirituũ originẽ putãtes/cũ ad amorum obscena inuocent ministeria concedendum eis fortassis uideatur.Quomodo aũt & Pluto & serapis in solem referuntur cum malignoꝶ spirituum princeps esse serapis prædicetur:ex quibus omnibus mystica philosophorum theologia falsa & cauillatoria uniuersa uidetur.Oraculoꝶ aũt oĩum auctores dæmones esse malignos q nõnunq̃ fabulas/nonnunq̃ phylosophorum sententiam ratam faciunt/ut & illos derideant / & hos maiore arrogantia perdant quis non uiderit

¶ Eusebii Pamphili/Liber quartus.

Is itaq; dictis iam tps est in hoc uolumine tertiã partẽ gentilium theologiæ pcurrere quã ciuilẽ appellant. Nã quoniã in tria genera theologiã partiunt/in fabulosum quod ẽt historicũ appellãt poetis maxime attributũ: in naturale atq; mysticũ quod philosophi approbarunt/& in ciuile quod in singulis ciuitatibus consuetudine ac legibus defendat/estq; de duobus primis partib9 iu supioribus libris expositũ. Tps iã est tertiã quoq; portionem q̃ ciuilẽ appellãt testimonio sp ipsoꝝ utentes redarguere. Continent igitur in hoc tertio genere oracula/responsa curæ morboꝝ in hoibus piis/& ecõtra eiecti uel aucti morbi in impiis/quaꝝ oium rerũ periculũ fecisse dicentes pie se deos colere/nos uero impie facere affirmant/qui tã manifestas uirtutes contẽnamus leges patrias trãsgrediẽtes/quas oportet unũquẽq; seruare/ut nemo debeat res nonas temeraria cura scrutari/præsertim cũ a legibus capitalis pœna aduersus eos decernatur/qui secundũ leges & consuetudines patriæ deos nõ uenerant/sed primũ quidẽ & fabulosum thelogiæ genus/& secũdum naturale scilicet ac allegoricũ unusq'q; sicuti placet inqũt iterpretetur ac reprobet: Tertium aũt quod singularium legibus ciuitatũ comprobatur nec poeta qsq̃/nec philosophus moueat nisi uelit tanq̃ impius iure patrio puniri. Ad hæc igit nobis dicẽdũ/ratioq; reddẽda quare saluatoris nr̃i euãgelica prædicatio oium gentiũ huiusmodi legibus conteptis ad uerũ sui cultũ non reuocat.

¶ Quod hominum artificio responsa reddi quispiam non temere diceret. Cap. I

Vales igitur eas uirtutes quæ in simulachris habitant dicere oportet: utrũ bonas & uere diuinas an ecõtra: hoc.n.modo mihi nũc placet eos interrogare/nã alius fortasse nõ ita faceret/sed nullã oino uirtutẽ in simulachris eẽ contenderet/& hoium malitia arteq; malefica oia fieri pbaret. Responsa.n.ipsa ad decipiẽdos auditores ab astutis & cautis hoib9 ãbigue ad utrũlibet euẽtũ eẽ acute cõposita. Miracula uero quæ in simulachris attribuũt natura rerũ fieri/multa.n. genera esse herbarũ multa lapidũ secreta quadam & multis ignota natura insita morbos quosdam pellẽtia/quosdam inducẽtia/alia.n.contrahere atq; densare/alia distrahere & rarificare tendere aut oino mutare & saluare nata eẽ. Quod alia breui tpe/alia longo efficiunt/& alia in longũ durant/alia cito dissoluunt/ita nõnulla coseruantia sanitatis inueniunt/nonnulla ecõtra morbos inducunt. Multa ẽt lucẽ lunæ ita sequuntur ut simul cum ea crescant atq; decrescãt. Aialia igitur nõnulla/plantæ/lapides/aromata magnas uirtutes isita sibi natura possident/ad quæ oiã positio quoq; locoꝝ multũ conducit/instrumenta ẽt ipsis ad huiuscemodi artẽ multo ante præparata/& ministros eis eẽ multos diceret/qui per ciuitatẽ uagant inuestigãtes cuius rei quilibet egeat/ut intelligant quid petiturus a deo uenerit/ppterea ex adytis & penetralibus & profundissimis plerũq; spelũcis responsa ferri/ut & tenebræ ipsæ non nihil conferant/& nõnulli lateant in cauernaꝝ secessib9 nũcii atq; ministri/ad quæ oia uidelicet non paꝝ superstitio & opinio faciat hoium: Præterea multitudinis inscitam & coꝝ astutiam qui hæc peragũt nõ paꝝ posse/q uel uoluptate capiant interrogãtes bona spe sibi pposita/uel si nõnulla coniectura qd euenturũ sit consequi potuerunt apte/ut in cæteris credantur mala pnuncient. Sin uero nihil cõiecturis inuenitur ambiguitate/ita fallantur ut redargutionẽ effugere uideant. Multa uero ẽt contingere aliis quibusdam cauillationibus adhibitis/& cantando nõnunq̃ pagere quædã uident/& inaudita quædã noia inuocãt ut diuini uideant. Maxime autẽ

multos decipi cũ aliqualiter docti sint/quos ipsa responsoꝝ mirabilis compositio & uerborum elegãtia & orõnis grauitas simul & ambiguitas adeo trahit/ut diuini esse facile credãt.Ex illis aũt respõsis quæ ambitione dicta nõ sunt/sed quadã futuroꝝ cõiectura clarius ꝓlata multa/imo uero pene oĩa falsa inuẽta sunt/unde si quod ẽt euẽtu reꝝ cõprobatũ fuerit casu potius q̃ rõne id accidisse credẽdũ/quæ q̃uis paucissima sint/feruntur tñ in primis & lapidibus insculpta ꝑmanent.Quæ aũt falsa fuerũt pene inumerabilia eoꝝ nullus meminit/neq; nihil aio uoluit belloꝝ & seditionũ hæc responsa deorum causam fuisse plerũq;/nec ẽt eo tpe quãdo græcia florebat & dæmonũ sup̃stitio in ea uigebant/claꝝ quid & utile facinus prædictiõe deoꝝ factũ unq̃ fuisse.In calamitatib9.n.belloꝝ nihil ꝓuidẽs derelinquerũt eos quos in sũma belloꝝ pericula responsis impulerũt/quod loco suo planius faciemus/probabimusq; multos ab illis i bella iniectos/ nec utiliter unq̃ responsum/sed ambiguitate qua ignorãtiã suã tegebãt delusos decæptosq; fuisse quærẽtes.Multa.n.ẽt tu ipse ab historiis colligere potes/quibus sæpenumero salutẽ & uitã ægrotãtibus ꝓmittentes/& quasi dii crediti ac diuinæ p̃dictionis magna exacta mercede/euẽtu ac morte langnẽtiũ patefacti sunt malefici quidã uiri nõ dii fuisse. Quid aũt oportet dicere q̃ ciuibus suis isti fatidici nunq̃ ꝓfuerũt/& eis q̃ de longe ueniunt ignotiq; sunt mirabilia ꝑmittũt?cum certe oporteret ciuibus magis suis q̃ alienis deos ꝓpitios facere/sed quia peregrinos ignorãtes malitiã suã facile decipiunt/ciues ãt suos longi tpis periculo doctos decipere nõ possunt/hoc ita fit/sic uniuersam rẽ istam humanæ inuẽtiõis opus fuisse q̃spiã assereret.Vnde ab oĩpotẽti iã deo cũ tẽplis & simul lachris deiecta oĩno putrescit.Vbi eni est oraculũ delphicũ quod magna religione ab hoĩbus colebant?Vbi apollo pythius aut clarius/ubi dodonæus iupiter/delphicũ quidẽ oraculũ ter a thracibus cõcrematũ fuisse traditur/nec unq̃ ab apolline calamitas illa prædicta/idẽ de capitolino ioue ptolemæoꝝ tpibus fuisse audiuimus / qñ uestæ quoq; templum exustum fuit. Magna uero illa effigies iouis quã decus quasi uniuersæ græciæ dicũt fuisse tpibus Iulii Cæsaris in olympicis certaminibus fulmĩe diuinitus icta flagrauit.Antiquioribus ẽt tpibus capitolinũ arsisse tẽplum fert̃/& Panthũ fulmine disiectũ atq; dirutũ narratur.Serapis quoq; sacrariũ in alexandria similiter arsisse nõ ignoramus.Quæ oĩa ab ipsis gentilibus cõscripta tenemus.Quid igit̃ mirũ ẽ si aliis ꝓdesse nõ potuerũt qui ab extremis seipsos periculis nõ defensarũt?Illud aũt quod maximo argumẽto est ab hoĩbus hæc nõ ab alia uirtute fieri non prætermittã.Nã multi uatum atq; aruspicum non solum priscis/sed ẽt nostris tpibus tormentis in iudicio coacti uniuersam rẽ suis inuẽtionibus fieri ediderũt/ a quibus modos quoq; artificii exq̃siti9 patefactos non ignoramus qui tanq̃ seductores & malefici uiri ultimo supplicio secũdũ leges affecti sunt/quæ res adeo clare sunt ut nemĩnẽ lateant.Non.n.deiecti quidam & ignobiles/sed alii generosam istam philosophiã palliã induti & superciliũ eleuantes ꝓfitebantur.Alii primates antiochenæ ciuitatis fuerũt/& illi maxime q̃ aduersus ueram christi religionem multa conati sunt/nec sumus nescii philosophum quoq; illũ & uatem similia in mileto passum interiisse/q̃bus omnibus in unum collectis non dubitabit forsan aliquis dicere nec deos nec dæmones hæc oracula constituisse /sed seductorum atq; improborum hominum ad turpes quæstus excogitationem fuisse. Quã opinionem multis ẽt græcis & illis maxime q̃ nominatissimi philosophi fuerũt placuisse non ignoramus.Nã peripatetici hoĩes cynici atq; epicurei sic sentiunt/quos ego iccirco sũmope admiror/quia nati & educati moribus corruptissimis & a parẽtibus tam deos q̃ oracula reuerti docti sua sponte potuerũt ab erroribus illis emergere/adeo ut scribere quoq; ausi sint nõ modo falsoꝝ/ueꝝ ẽt inutilia & multorum detrimentoꝝ cãm oracula-

esse/quoq; scripta cũ pene isinita sint unius te stimoniũ mihi si nũc sufficit/qui cũ Chrysippus a prædicatione deorũ fatalẽ uim cõfirmare uellet sic aduersus eũ cõscribit redarguens quia male responsis deorũ quæ ut plurimũ falsa sunt factũ esse ostendat. Audias igitur quid ipse ad uerbum scribit. Ad hæc alia quoq; ratione in his quæ de fato cõscripsit Chrysippus utitur. Non.n.possent inquit prædicationes uatũ ueræ esse ac certæ nisi fato fierẽt uniuersa/quæ ratio multo maior est q̃ cæteræ. Quasi.n.uerũ atq; cõcessum esset ueritatẽ in responsis cõtineri/quasiq; id manifestum sit oĩa fatis fieri ex hoc intulit. Videmus ãt omnino contrariũ aperte nãq; patet plurima ex oraculis mẽdacio ac fraude cõposita/uerũ Chrysippus ex alterutris hæc cõprobauit. Omnia enim fatis fieri ide ostendit quia uaticinatio sit. Vaticinationẽ uero esse inde ꝓbat quia oĩa fatis fiunt/quo ꝓbationis modo nihil uanius excogitari potest. Quod si nõnulla responsa euentu rerum uera fuisse contendat/quia perpaucissima illa sunt/patet non uaticiniũ certitudine/sed casu sic accidisse/qđ nullã esse uaticinii artem ostendit. Nec.n.arcu aut funda artificiose uti eum dicemus/qui cũ sæpius atq; sæpius telum proiecerit semel aut ad summũ bis uel ter ad signum peruenerit/cũ pene infinities longissime a signo abfuerit/nec ille certe medicinam tenet qui cũ multos interemerit uix tãdem unum a morbo liberauit. Nulla.n.scientia uel ars dicitur/que omnia uel saltẽ plurima ad debitũ finem non deducat. Quod aũt omnia fere falso uates isti prædicant/uniuersa uita hominum testis est/ & isti ipsi maxime qui uaticinandi artem profitentur/quos manifeste uidemus cum sibi aliquid agendum utile imminet sententia & consilio eorũ uti diligenter qui rerũ peritiam habere putantur. Verum quod uaticinatio nulla sit in aliis plenius aprobabimꝰ ea ẽt afferentes quæ hac de re epicurus conscripsit. Nunc autẽ illud quod diximus confirmandum non esse scilicet artis /sed casus ueritatem oraculorũ. Cum.n.nõ semper neq; plerũq;/sed rarissime aliquid assequimur nec scientia nec arte/sed casu & fortuna id factum dicimus si uocabulorũ potestates recte rebus accommodamus.

¶ Inutilem esse diuinationem. Cap. II.

a D hæc etiam si cõcederetur uera esse responsa/uaticinandiq; artem nõ fictam fatata quidem esse omnia probe sequeretur/utilem uero esse diuinatiõem hominibus nullo modo hinc demonstraretur. Summꝑere nanq; uaticinatiões Chrysippus laudat tanq̃ humanæ uitæ perutiles. Sed quænam utilitas sequeretur si futura omnino mala prædiscas cum nullo modo cauere possis? Nam quæ fatata sunt nemo euitare potest/nulla igitur utilitas immo uero & dolor inde sequitur. Mœror enim propter futura mala hominum animos perturbat. Nec uero econtra tãta ex prædictione bonorum letitia homines afficiuntur: Non enim tãtum solent homines expectatione bonorum gaudere quãtum timore malorum exagitari præterea mala nobis imminere nisi audiamus nullo modo cogitamus/bona uero humanum genus expectare solet propter naturæ mirabilem ad ea inclinationem. Ita fit ut bonorum nunciatione nõ magnopere augeatur letitia/immo autem nonnunq̃ etiam minuatur si maiora sponte sperauimus q̃ uaticinio prædicuntur. Malorum autem prædictione quoniam præter spem sæpenumero ãnunciantur uehementer turbemur uerum etiam si hæc ita non se haberent/neminem tamen lateret nullam esse in diuinatione utilitatem. Quod si quis dicat ideo ipsam conferre hominibus quia futura mala prædicit nisi caueamus/is fatorum uim abstulit siquidem nostrarum uirium est cauere & non cauere/q; si necessario id quoq; fieri quispiam cõtendat ut fati necessitas uniuersa complectetur/sic diuinationis cõmoditas nulla erit. Fiet enim omnino quod fatatum est etiã si omnibus oraculis prædiceretur/œdipoda quidẽ & alexãdrum priami filiũ ipse quoq; Chrysippus asserit

non potuisse a parentibus interimi q̄uis sūmopere id facere studuissent/ut malū quod ab aliis sibi futurꝝ erat effugerent/sic nec diuinatio nec studiū eis suum ꝓfuit ꝓpter fatorꝝ necessitatē. Hæc ille. Tu aūt illud semp probe teneas peripateticos ut diximus cynicos atqꝫ ēt epicureos græcos hoīes atqꝫ philosophos & græcie moribꝰ a pueritia educatos/& inqsitiōi ueritatis maxime deditos oraculorꝝ respōsa/oīa tanq̄ inania cōtēpsisse quod certe nequaq̄ illi fecissent/nisi apꝫissime rē falsam oīno uiderēt. Plurima huiusce modi colligere in aīo nō est. Nā q̄uis magna istorꝝ copia sit/nō tñ hoc pacto quia scilicet hoīum inuētiōe acuta excogitatiōe oracula penitus cōstent. Sed sicut incæpi aliqua uirtute fieri hæc nō inficiās respōdere cōstitui. Nō.n.parꝝ huius loci refutatio euāgelio cōducit. Nā si oēs simul græci atqꝫ barbari ante aduētū saluatoris nr̄i deū uerū ignorasse & a malignis dæmonibus in morē cæcorꝝ fuisse dūcti ostēdent/q̄uo nō magis euangelicæ dispēsatiōis mysteriū admirabimur/quo undiqꝫ a seductiōe & oppressiōe dæmonū liberati sumus: ex illo.n.tpe ad hūc usqꝫ diē cū ipsis simulachris atqꝫ tēplis cūcta ubiqꝫ oracula iacent/ac pro eis orādi & hymnis efferēdi uerꝝ deū & saluatorē nostrū ecclesiæ in mediis urbibus euangelicæ doctrinæ uirtute in toto orbe cōditæ sunt/ubi aīs piis & cultu uirtutis fulgētibus secundū salutaria & diuina præcepta quotidie ab oibus gētibus/hostiæ quæ solæ deo placent/deo saluatori nostro offerunt. Quibus cū simul ēt illud ostenditur/non temere nos uti multi putant superstitionem a parētibus traditam contempsisse/sed uero certoqꝫ iudicio ueritatē euangelicam amplecti sed de his hactenus. Tempus.n.est iam ut propositum negocium capiamus.

¶Diuersæ gentium theologiæ. Cap.III.

In quattuor igit̄ genera exq̄sitissimi facultatis theologi nō theologiæ modū quēdā ut in supioribus/sed quasi subiectū ipsius partiunt̄. In primis.n.deū patrē oīum atqꝫ regē locandū putāt/deinde aliorꝝ deorꝝ multitudinē seq cōtēdūt tertio loco dæmones/quarto heroas ponūt/quos oēs lucē eē & appellari autumnant/pter malignos dæmones q tenebræ appellant̄. Dæmones.n.alios bonos/alios prauos arbitrant̄/& hos ita primū [illegible]nalis optinere quēadmodū deꝰ in bonis/ita rebꝰ diuisis de diis quidē cælestia & usqꝫ ad lunā habitacula tribuerunt. Dæmonibus pcipiunt cælestes/quos & æthereos deos appellāt sūma esse religione colēdos/post eos bonos dæmones/tertio herōu aīas/extremo prauos dæmones placādos aiūt. Hæc uerbis partiētes opere malignas dæmonū uirtutes solūmodo colere inueniunt̄. Cōsideret.n.unusqsqꝫ quales iam putari oporteat eas uirtutes quæ idolis colunt̄/deos ne an dæmones/& utrū bonos dæmones an ꝓteruos/quod facile facere poterit si diligēter his libris attendet. Ignorare aūt nō oportet nullū dæmonē a diuina scriptura bonū appellari/neqꝫ deū aliū esse uere atqꝫ ꝓprie pter unū q oīa creauit. Virtutes aūt bonas quæ creaturis connumerant̄ nec deos nec dæmones/sed dei angelos & spiritales ministros ptātes diuinas/archangelos/aliisqꝫ noībus pulchre accōmodatis nūcupat. Dæmones aūt si nominis potestatem dicere licēt/non quia dæmones sint quod latine scientes dicere possumus/sed quia dimænim soleant pulcherrime appellauit. Id autem latine tum timere tū terrere significat. Absurdum certe oīno est bonas & malas uirtutes quæ nullam operationis similitudinem habeant eadem appellatione confundere.

¶Porphyrius de philosophia responsorum. Cap.IIII.

Videamus igit̄ quænam uirtutes oraculis & respōsis p̄sunt/ut impietas gētilitatis oibus pateat/nec a me ipso quicq̄ afferre in animo est/ne crimandi ansas p̄beam inimicis/sed testimoniis/quod adhuc feci eorū ipsorum in medium productis totam rem peragam. Cum aūt innumerabiles sint & philosophi & historici illū

idoneū magis ꝓposito meo iudico/q̄ & dæmonib9 maxie amicus fuit/& multa nr̄is tē porib9aduersus nos mēdosissime cōscripsit. Hic.n.gētiliū pene oīum deoꝝ ac dæmonū naturā maxie iuestigasse & sūmope falsitatē defēdisse uidet̄. Hic igit̄ in libris quos d̄ respōsoꝝ philosophia cōscripsit/Apollinis ac reliquoꝝ deoꝝ & bonoꝝ dæmonū illa respōsa collegit/q̄bus putauit & uirtutē suoꝝ dæmonū ōndere/& cæteros hoīes ad uerū ut ipse dicit dæmonū cultū īpellere posse. Ex istis igit̄ respōsis quæ ab īpis electa sūt quæq; quasi ueriora memoriæ tradita opæpreciū est totā hāc rē cōsiderare atq; cognoscere quales nā sint eoꝝ auctor es. Sed primū illud uideamus /q̄uo in exordio librorū iureiurando affirmat nihil se falsa allaturū/cōstātibus inq̄t atq; firmis hoībus q̄ a bonitate deoꝝ atq; d̄monū spem salutis hauriūt nihil addēs nihil auferēs hæc tradere oportet. Nā & ego deos ipsos testor nihil ad respōsoꝝ sensū aut addidisse aut detraxisse/ nisi forsan uerbū aliq̄d correxerim/magisq; īpietatē timui q̄ futurā sacrilegii pœnā. Collegemus aūt in his libris multa quæ ad ueritatē dogmatū ptinēt/& diuinatiōis negociū nō oīno cōtēnemus. Nā & ad speculatiōnē haꝝ rerū cōducit/& ad bn̄ uiuendū hortatur. Q uā aūt utilitatē hic labor afferet nr̄ ille maxime cognoscēt/q cū ueritatem magno labore quæsissent uota sæpius fæcerūt/orarūtq; ut auctoritate docentiū deoꝝ uisione dignati possent a dubitatiōis uexatiōe liberari huiusmodi usus exordiis obtestat̄ postea ne ad multos libri efferant̄ his uerbis. Tu uero caueas ne lucri aut inanis gloriæ gratia scelestis & īdignis hoībus hæc tradas/non.n.paruū tam tibi q̄ edes q̄ mihi q̄ tibi credidi periculū imminet. His aūt solūmodo hæc cōmunica nda sunt q̄ uitā ad aīæ salutē direxerunt. Nā & ipsi dii nō aperte/sed enigmatice hoībus ista tradiderūt. Respōsa deinde apollinis colligit q̄bus non solū dæmonibus & infernis uirtutibus / uerū ēt cælestibus aīalia eē sacrificanda præcepit apollo. Cū idem ipse in aliis dæmones nō deos esse affirmet/q̄bus gentiles cæde animalium sacrificabāt/non enim fas esse animalia deorū gratia interficere. Sed primum apollinem ipsum audiamus / qui de cultu & sacrificiis deorum sic per responsa homines instituit.

Hæc age qui nutu deorum ingressus amice es
Huius iter uitæ/mactanda est hostia cunctis.
Multa deis/seu qui terram/seu qui mare uastum:
Aera seu qui habitant/latum seu qui æthera/seu qui
Alta colunt cæli/seu qui infima regna barathri:
Q uæ quibus obseruanda modis sint singula dicam
Tu memori conscripta animo mea dicta teneto
Terna quidem diuis cælestibus hostia/& ipsa
Candida mactanda est/terra & terrestribus atq;
Atra eadem gaudent porro & capiuntur apertis
Terrestres aris foueas cum numina contra
Exposcant atro imbutas inferna cruore:
Nec placeat nisi quæ terræ mandetur humata
Hostia/mel uero nymphæ atq; liquentia uina
Offerri lætantur/at ignem accendier aris.
Q uæ circūuolitant terram sibi numina quærunt:
Imponiq; atrum corpus/tum thura simulq;
Iniicier salsas fruges & dulcia liba.
Hæc facito/uerum quibus est data cura profundi.
His ipso semper fer sacra in littore/totum

Proiiceq; in fluctus animal cælestibus autem
Extremas reddes partes atq; igne cremabis:
Quod superest propone tibi/dapibusq; reserua
Sudet odoratis crassisq; uaporibus aer

Deinde hoc appolinis oraculũ exponit dicẽs/cũ igitur & terrestres & ifenrii dii sint oĩbus istis atras quadrupedes offerẽdas iubet. Modus aũt differt/nã terrestribus quidẽ super aras/infernis aũt in foueis mactãdas esse hostias præcipit. Aereris autẽ uolatilia dicit offerenda corporibus holocaustis & sanguine ad aram circũducto/uolatilia etiã marinis sed uiua in fluctus proiicere mandat/ita omnibus diis præter quã terrestribus uolatilia imolari possũt. Sed marinis solũmodo nigri coloris uolatilia/quare cæteris alba offerẽda sunt. Cælestibus uero & ætereis bestiarũ quas albas esse uult extremitates ait cõseruandas reliquas autẽ ptes comedẽdas. Ex his.n. solũmodo comedere oportet/ex aliis uero minime/ita quadrupedes & terrestres terrestribus sacrificanda sunt/simili nãq; simile gaudet. Ouis porro terrestre aĩal ẽ & iccirco cereri gratissimũ/atra uero q̃a & terra naturalirer tenebrosa. Tres aũt simul qm̃ terrestris corporis tria sunt symbola & sup aras terrestribus qm̃ super terrã uersantur. Cæteris uero diis iccirco uolatilia sũt offerẽda / qm̃ uniuersi mouẽt/in motu eni semp maris aqua est/cuius atræ sũt hostiæ/quoniã & cæruleus color aquaꝝ. Alba uero aeris/lucis eni recæptiuus aer ẽ. Cælestibꝰ autẽ atq; æthereis extremitates dat cõsecrandas quoniã leuiores reliquo corpore sunt/quorũ sacrificiis cõmunicare oportet/quia cũ alii dii arcere mala soleãt/ cælestes bona nobis largiũtur. Hæc mirabilis ille philosophus in libris responsorũ conscripsit.

¶ Redargutio prædictorum ipsius Porphyrii. Capitulum Quintum.

Ge iam uideamus quemadmodum contraria omnino in eo libro posuit: quẽ
a de abstinẽdo a carnibus animalium conscripsit. Ibi enim primum nihil sacrificandum. neq; incendendum censet/deinde opiniones aliorum reprobat asserens nõ esse deos illos qui cæde animalium gaudent. Scelestissimam enim esse brutorum etiam animalium cædem & abominabile non solum deo primo/uerum etiam cælestibus & diuinis uirtutibus. Ita apollinem suum redarguit. qui etiam cælestibus animalia esse offerenda respõsionis suis iussit. Theophrasti quoq; auctoritate utitur/cui placuisse ostendit nõ diis sed dæmonibus dumtaxat esse sacrificandum. Quare si quis Theophrasti & huius ratione acquiescit appollo etiam ipse non deus erit/sed dæmon cæteriq; omnes quos deos gentilitas ducit/quibus ubiq; animalia immolantur/ dæmones erunt & dæmones perniciosissimi. Nam si cædes & immolatio hæc animalium sceleris & abominationis secundum ipsum plenissima est/quomodo erunt boni qui hac re summopere gaudent? Quod si non solum animalia/uerũ etiam crudelitatis cumulo homines etiã mactari offerriq; sibi cupiunt/quomodo apertissime scelesti & inhumani nõ erũt/nihilq; aliud q̃ pniciosissimi dæmones? aut quomodo iur nos accusabimur/qui omnino impium esse putamus sanctissimum dei appellationẽ atq; uenerationẽ im mundis spiritibus attribuere? Solum enim creatorem illum omniũ deum adorare didicimus nihil terrenum & mortuum/sed integritatem animi & castimoniam corporis rectam scientiam & ardentissimam fidem afferentes/quam ad extremum usq; spiritũ intemeratam auxilio saluatoris seruabimus. Sed uideamus quibꝰ ostẽdit rationibus nec deo nec diuinis uirtutibus terrenum aliquid offerendum aut incẽdendum esse. Aliena enim hæc ait ab omni sunt pietate/nihil eni materiale inueniri potest quod in materiali deo non sit obscenum/iccirco neq; oratio ei quæ uoce ꝓpherat cõuenit/sed nec iterior oratio si aĩe uitio contaminatur. Silentio aũt sancto & cogitatiõe integra ab oĩq; mor-

bo remota eũ colimus/sic illi & cõiungimur & similes ut possibile homini ẽ efficimur/
mundissimã ueritatẽ quasi sacrã hostiã ei offerẽtes/ita hymnis deũ laudamus/ita salutẽ
ac impossibilitatẽ animi requirimus. Sacrificiũ.n.deo est alienæ ab oĩ uitio mentis spe-
culatio/uirtutibus autẽ quæ circa ipsum sunt diisq; intelligibilibus hymnos oratiõe of-
ferre possumus. Primitias.n.offerre oẽs solẽt earũ rerũ quas accæperũt & quibus alit̃
& cõtinetur substantia nostra. Quemadmodũ igitur agricola fructũ primitias offert/
sic hoĩes oportet mundæ inuentionem mentis intelligentiis offerre gratias agẽtes quia
hæc nobis tribuerint/& quia nos mentẽq; nostrã speculatione sua cõtineãt atq; nutri-
ant iuuantes/cõsulentes/& salutẽ nos nostrã reducẽtes. Hæc Porphyrius quibus simi
lia in libro de sacrificiis de primo ac magno deo Thyaneus ille apollini9 cõscripsit. Sic
ergo inquit maxime decentem aliquis curã de rebus diuinis suscipiet propitiũq; habe-
bit deũ si deo primo qui unus est & ab aliis oĩbus separatus post quẽ longo interuallo
reliqui cognoscuntur/nullo modo sacrificet nec ignẽ incẽdat nec sensibiliũ ei aliquit of
ferat/nullius ei rei eget nõ dico a nobis/sed ab intelligẽtiis ipsis. Nõ est aũt in terris nec
in aere quicq̃ cui nõ insit aliqua obscenitas. Meliorẽ igitur ac superiorẽ rationẽ atq; ora
tionem ei offerre debemus. Sic aut appello eã quæ nõ ore ꝓfertur quæ illi offerenda ẽ.
Nam ab optimo atq; pulcherrimo rerũ omniũ peroptimũ similiter atq; pulcherrimũ
omniũ bonorũ nostrorũ. Intellectus uero hic est organo nõ indigẽs bona nobis petẽ
da sũt Sic Apollinus: Sed Porphyriũ rursus Theophrasti testimonio utẽtẽ audiam9.
Gliscente paulisper inquit iniquitate animaliũ crudelis immolatio suscæpta est/a deoq;
creuit ut ad cacumen iam maledictionis peruentũ sit iugulatis hominibus & sanguine
aris humano cruentatis Ita dæmones cõcitati iustas penas sumpserũt. Alii nãq; homi-
num omnino impii facti sunt nullos deos colẽtes. alii malos deos uenerãtur/quos hu-
mana meliores natura nõ putant. Nõ ergo animalia imolanda sunt/sed illa que imola-
ta nihil omnino ulli officiũt. Innocens.n.imolatio atq; sancta penitus esse debet. Si ue-
ro quispiã obiiciet ita usui nostro animalia diuinitus esse cõcessa quẽadmodũ & fruges
terræ sciat animalibus cæsis nõ nihil noxæ cõmitti. Priuant̃.n.aĩa uiolẽter nõ ego sacri
ficanda præsertim cum ut ipso nomine ostenditur res sacra sit sacer autẽ ~~homo~~ est qui
ex alieno gratias refert. Nec enim fruges si aliunde ꝑ uim accæperis offerre fas est. Nõ
enim alioꝝ iniuria deus placat̃ ꝙ si ablatæ fruges offerendæ nõ sunt/multo minus ani-
malia ui aĩa inde ablata offerẽda sunt præsertim cũ aĩa multo nobilior frugibus sit/qua
qui aĩalia priuat magnopere peccat. Præterea si primitias quasdã ex animalibus diis of
ferrimus cuius rei gratia id facimus? utꝝ honoris? quisnã honor hic potest esse qui ab
iniuria originẽ trahit? an potius dedecoris & uituperationis? Nõ possumus quippe ne
gare nõ iniuste agere eũ animalia nihil iniuriãtia interficimus. Sed neq; hac uia gratiæ
diis referendæ sunt. Qui enim beneficii gratiam retribuit non maleficio id peragit. Nõ
enim magis retribuere uidebitur q̃ si rẽ a uicinis raptã in gratiã & honorẽ retribueret
sed neq; gratia impetrandi cuiusdam boni. Nam qui alterũ lædendo exorare deum pu
tat/is ingratum se futurum ostendit. Quare nec spe futuri beneficii animalia immolan
da sunt præsertim cum non sit possibile ita hæc agere ut deum lateant. Si ergo re alicu-
ius causa immolandum est/nullius autem rei gratia id faciendum ostẽditur. Relinqui-
tur profecto nequaq̃ immolandum esse/& maxime cum nulla redii indigeant/sed ani-
mum hominis respiciant illudq; sibi sanctissimum sacrificium sit rectam de his ipsis &
de reliquis rebus habere sentẽtiã. Mens igitur sancta & anima omnis passionis expers
optimæ primitiæ deo sunt. Aperte igitur omnibus his iuxta summos græcorũ philoso
phos patet nullo animantium litari posse/iniustumq; ac obscenum esse cede animaliũ

deū credere fore ꝓpitiū. Quare nō deus nec dæmon quidē bonus sed seductor & mēdax fuit/q nidorē carniū & libationē sanguinis petiit/& in eodē libro ipse Porphyri9 nō ignorat iqt cui curæ pietas ē nihil aiatū diis offerri sed dæmōib9 aut bōis aut malignis.

¶ Quod omnes dæmones mali sunt. Cap. VI.

q Vuoniā igitur alios bonos alios malos dæmōes putat age iam uideamus/certisq; rationibus approbemus malignos esse omnes dæmones quis gentilitas loco deorum eos ueneretur. Quod quidē hoc mō demonstrare conabimur. Omne quod bonū est non prodesse nō pōt/& econtra quod malum est Dæmōnes āt & dii gentiliū Saturnus: Iupiter Iuno/minerua & similes ac inuisibiles uirtutes quæ in simulachris & per simulachra operantur nō solum brutorum immolationibus animalium/quod iniustum & abominabile Theophrasto & Porphyrio eē uidetur. Verum etiam cæde ac sanguine hominum summopere gaudent. quomodo igitur boni dæmones isti erunt & non scelesti atq; perniciosi spiritus.

¶ Quod hoies sacrificabātur dæmonibus usq; ad tēpora saluatoris. Cap. VII.

i Ncipiamus igitur latius ostendere quantus error quātaq; impietatis putredo humanū genus ante saluatoris nostri tpa detinebat/quæ postq̄ incæpit euangelium in orbe terrarū prædicari minui sic cœpit ut adriani tpibus in morē solis euangelica iam coruscāte doctrina aptissime dissoluta sit? Gentiliū ergo ipsorū ut adhuc fecimus uocibus ad declarandū priscorū tēporū pestē utemur/quæ adeo aios hominū inuaserat/ut quasi dæmoniaci & a pniciosis ꝑfecto spiritibus agitati liberorū sanguine scelestas placarent uirtutes, Ita pater unicū filiū dilecta mater filiā dæmoni tanq̄ ouē sacrificabāt. Ita genus hoium quod humanū esse natura cognoscitur ad furiosam immanemq; crudelitatē a dæmōibus ipellebatur quæ ita se habere nō modo apud barbaros/uerū ēt apud græcos ois historia plena ē. Nam & rhodii hoiem Saturno sacrificabant/quā rē magis tpibus postea mitigare uolētes mortis supplicio aliquē damnatū ad saturnia usq; cōseruabāt/quē in ipso festo uino grauato imolabāt. In salamine uero insula/quā antiquissimis tpibus corroneā uocabāt usq; ad Diomedis tēpora agraualæ cecropis filiæ hō cædebaṭ. Postea uero i templo palladis agraualæ ac Diomedis (unū n. triū fuit) Diomedi homo immolabaṭ/qui ab adolescentibus ter circū aram ductus tandē a sacerdote hasta percussus & in rogo impositus cremabaṭ/quā rē diphilus rex cypri Seleuci tpibus abominatus nō hoiem sed bouē Diomedi sacrificari statuit. Dæmon autē ille quicunq; fuerit nō inuitus bouē pro homine suscipiebat. Ita nō multum interesse inter immolationem hominis atq; bestiæ uidetur. Manethus autē hystoricus apud ægyptios in heliopoli hoies imolatos fuisse in libris de pietate testatur/quē morē amosis improbauit. Sacrificabantur uero Iunoni tres die/quos inquirebāt si mundi essent quēadmodum postea uituli. Cereos autē offerri pro illis tres amosis iussi. Dionyso ēt omaido apud chios appellato homo crudeliter discerptus sacrificabatur. Lacedæmonios etiam apollidorus scribit hoiem marti sacrificare solitos/& phœnices bellorū aut pestilentiæ calamitatibus amicissimos. Saturno solebant immolare/ quod omnes qui eorum historiam scripserunt testantur/maxime autem Sachuniatho a Philone biblio in græcam linguam ut in superioribus dictū est traductus. Histrus quoq; qui cretensem historiam collegit Curetas scribit saturno antiqtus pueros sacrificasse. Sed pallas qui optime omnium mitræ mysteria edidit sic hac de re scripsit. Immolationes autē hoium imperatoris Adriani tēporibus ubiq; fere cessarūt. Immolabatur. n. prius in laodicea syriæ palladi uirgo/nunc aūt cerua/& arabes singulis ānis puerū immolātes sub lara sepeliebant/oēsq; græci cōiter anteq̄ in bella exirent ut Philarchus historicus tra-

didit hoiem imolabāt. Prætereo thracas & scytas cæteraq; prisca. Verū ēt nūc q̄s ignorat in magna urbe latini Iouis solēnitate hominē imolari?& usq; ad hūc diē nō in arcadia solū Pani liceo: nec in carthagine. Saturno/sed oēs cōmuniter hoies cū dies statut9 aduenerit quo sacrificare hoiem solebāt aram sanguine hominis spergūt. Philo ēt qui phœnicū historiā cōscripsit his uerbis in prio utit̄ libro morē inquit priscis in magnis calamitatibus atq; periculis fuisse ut ciuitatis aut gētis princeps dilectissimū ex liberis ulciscenti dæmōi quasi redēptiōis præmiū traderet & sic traditū mystice iugularet. Sic igitur Saturnus rex regiōis quē phœnices israelem uocant: qui postea q̄ hoiem exiuit ad saturni stellā adductus est/cū ab Anobret nympha unicū haberet atq; carissimum filiū Ieud a re ipsa dictū(sic.n.etiā nūc phœnices unicū appellāt)quia maximo atq; piculosissimo bello ciuitas premebatur regio indutū ornatu super cōstructā ad hæc p̄parataq; arā imolauit. Nō iniuria ergo eximiū dicemus illū Clementē in libro quo ad ueritatē gētiles adhortatat̄ his uerbis ista deplorasse. Crudeles imanesq; hominū hostes dii uestri sunt/qui nō solū amētia lætant̄ nostra/uerū etiā modo p cōtentionē certaminis modo p cupiditatē uictoriæ animis uestris cōcitatis ad uoluptatē suam imolatiōes hoium postulāt/qui multis nōnunq̄ ciuitatibus atq; gentibus tanq̄ cōmunes pestes & fulmina incidētes nō cessarūt atrociter hoies uexare/quousq; sanguine hoium placati sūt. Aristomenes.n.meseni9 ioui quē illi appellāt Ithometē trecētos simul sacrificauit/ in quibus Theopōpus etiā lacedæmoniorū rex fuit nobilis scilicet ac regia hostia tauro Scythæ autē quoscunq; aduenas cæperint(capiūt autē multos qui fluctibus & tempestate ad eos depellūtur) dianæ statim imolare solēt/quæ sacrificia tragice i scæna Euripides decantauit. Mouimus uero in libro miraculorū collectiōis in pellæ ciuitate thessalica hominē achiuū Peleo & chironi singulis annis imolatum fuisse narrat. Lyctii ēt Cretenses autem isti sunt ioui hoiem imolabant/ut Anticlides scripsit Lesbi quoq; Dionyso/& phocenses dianæ/alteros Phitocules historici hoiem immolare solitos cōscripserūt. Herechtheus uero atticus & Ma[illegible]rius romanus filias suas alter proserpinæ ut demaratus in primo tradidit/alter defensori dæmoni ut Dorotheus in quarto italicarū rerū exposuit immolare non dubitarunt per humanos uero dæmones. Quomodo.n.non scelestissimi sunt/& illi qui tanq̄ saluatores inuocantur/& isti qui salutem ab insidiatoribus petunt/litareq; putāt deis hominum iugulo?nec enim homicidii crimē effugiunt etiam si Ioui hominem offerant. Cur igitur o prudentissimi bæluas fugimus & si forte ursam aut leonem aut serpētem uidimus statim resilimus ut poeta omnium maximus ait. Retroq; pedem cum uoce repressit.

Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens trepidusq; repente refugit
Attollentem iras & cærula colla tumentem

Perniciosos autē dæmonas fraudulento & pestes hominum manifeste uidentes/a quibus liberi etiā uestri ad cædem petūtur nō fugitis hæc ille. Ego autem etiam Dionysiū halicarnasseum uirum romanæ historiæ ac italicæ peritissimum huius sceleris testē adducam: qui in primo de antiquitate italica iouem & apollinē quoniam decima hominum immolata nō fuerat magnas italis calamitates induxisse his uerbis scribit. Nullus in arboribus fructis inquit ad maturitatem usq; permāsit/sed immaturi omnes defluebant/nec spicæ semine replebantur/nec herbæ pecori sufficiētes germinabant/ fontes quoq; ipsi alii bibi non poterant/alii æstatis tempore deficiebant/& aut mulieres abortum patiebantur/aut nati pueri manci & discerpti erant. Cætera quoq; hominum multitudo ægrotatione ac morte crebrius q̄ solebant uexabantur/sciscitātibusq; ipsis quid

in deos cõmiſerũt quidq; facturi ut ab his peſtibus liberarent̃/reſponſũ fuerat quia cũ impetraſſent quæ petierãt nõ reddiderũt oĩa quæ uouerũt. Sed maiora adhuc debẽt/q̃ ſi reddiderint cõquieſcent. Pelaſgi enim & ab origines nihil ſibi terra producente uoue runt Ioui atq; Apollini ex naſcituris decimã ſe partẽ imolaturos. Ceſſauit igitur poſtea talis calamitas & illi fœcundiſſimo rerũ uſi prouentu decimã naſcentiũ oĩum partẽ ſa-crificabant. Hæc Mirſinus Leſbius nõ pelaſgos aut ab origines/ſed thyrrenos paſſos fuiſſe narrat. Reſponſum igitur recitatum magna omnes ambiguitate tenebant̃. Seni or deinde quidã aliarũ rerũ primitias dixit recte diis cõſecratas fuiſſe nullam aũt ex ho minibus partẽ/quã dii maxime diligunt eſſe imolatã. Quare calamitatibus ſemper in quit uexabimur/niſi ut cæterorũ animaliũ ſic hominũ primitias ſacrificabimus. Hanc ſenis orationem cũ alii probarent alii plenam inſidiarũ putarent/ſiſcitari rurſus per ora cula placuit/ſi hominum decimã ſacrificare diis gratũ eſſet. Deo autẽ annuẽte magna ſeditione uexati ſum/& tunc primũ primates ciuitatũ & reliqua multitudo atroci ſuſpi tione ne dolo iſta primates facerent cõmota ſciſſi atq; diuiſi ſunt/migrabãtq; multi im-mo uero quaſi amẽtia furentes pellebantur & pellebant/multeq; ciuitates deſtitutæ pe ne fuerunt. Sequebant̃ enim fugiẽtes filios qui gnuerũt & fratres cognati/& ꝓpinqui propinquos/ita ex talia fugiẽtes græciã & barbariã repleuerũt/quod malũ non paucis ãnis italiam uexauit. Nã & ciuitatũ principes tum ſeditionẽ timẽtes/tũ religioni ſatiſfa-ciendũ putãtes ab adoleſcẽtibus q ad iuuentã in annos ꝓueniebãt primitias deligebãt. Et paulo poſt/aſſerũt aũt Saturno in italia priſcis temporibus ita ſacrificatũ fuiſſe quẽ admodum apud carthaginẽſes ante q̃ urbs eorũ dirueretur. Celti uero ad hæc uſq; tẽ-pora & occidentaliores fere oẽs homicidio ſacrificant. Hercules autẽ fertur primus in ſaturnino ara ædificata intemeratas hoſtias imolaſſe/ac legẽ qua hoĩes ſacrificabantur reuocaſſe/& ne quaſi patrio ritu neglecto ſuperſtitione inani incolæ turbarent̃/ſimula chra pro uiuis hominibus/quos in fluenta tyberi proiicebãt hoſtiaꝝ orna modo in ty berim immittere docuit/quæ res a romanis tꝑibus quoq; noſtris idibus maiis diligẽter fieri ſolet. Ea eñi die pontifices animalibus primo ſecundũ leges imolatis uirgineſq; ue ſtales prætores aliique ciues quos ſacris adeſſe fas eſt. xxx. ſimulachra hoĩum quæ argi uos appellant a ponte ſacro in tyberim demittũt Hæc Dionyſus. Diodorus uero con-ſentanea iſtis in uigeſimo hiſtoriæ uolumine carthaginẽſibus ab Agathocle tyranno ſi ciliæ poſt mortẽ Alexandri magni primi Ptolemæi tꝑibus obſeſſis his uerbis cõſcripſit Dicebant aũt Saturnũ illis iratũ fuiſſe/q̃m prius ipſi excelentiores ex filiis ſuis ſacrifica-bant; Poſtea uero clã emptis infantibus atq; educatis liberorũ loco imolabant. Cũq; di ligenti facta inquiſitiõe multi ex ſuppoſitis inuenirẽtur ſacrificari facile animis induxe runt/ut crederẽt ad obſeſſionẽ urbis hoſtes iccirco diuinitus miſſos fuiſſe/q̃m priſcos deorũ honores nõ ſeruarẽt Itaq; deos placare ſtudentes ducẽtos ex nobiliſſimis adole-ſcentibus publice ſacrificarunt. Tercenti uero alii q̃m ſuſpectos ſe eſſe uidebãt ſpõte ſe tradiderũt. Erat aũt apud eos ænea Saturni ſtatua magnitudine mirabilis/cuius man⁹ in terrã extenſe ita erant in gyrũ ut qui ad eũ ꝓuenire adoleſcẽtes cogebant̃ in gẽtem foueã ignis repletã inciderent. Iure igitur hebreoꝝ ſcriptura repræhendit. eos qui mo-ribus patriis contẽptis hæc immitati ſunt dicẽs imolabãtq; filios atq; filias ſuas dæmo-nibus/interfectaq; terra eſt in ſanguinibus & contaminata in operibus eorũ. Arbitror iam ꝑ ea quæ dicta ſunt ſatis patere nõ bonorũ dæmoniũ inuentionẽ fuiſſe priſcam illã & primam ſimulachrorũ inſtitutionẽ & uniuerſam religiõem gentiliũ/ſed pernicioſo-rum omnino atq; ſceleſtorum. Itaq; uerus profecto inuenitur propheticus ille ſermo. Omnes dii gentiũ dæmonia Apoſtolicũ ẽt illud quo dicitur / quia quæ gẽtes ſacrificãt

dæmonibus non deo sacrificāt. Et certe si quid boni in deis gentiliū esset amatores profecto iusticiæ salutares & benefactores hoībus essent/nec humano sanguīe gauderēt. Sed responsis & omnibus modis a cæde humanum genus repellerent.

¶ Quod mali dæmões ad oīa flagitia & facinora hoīes īpellebāt. Cap. VIII.

q Vod uero maligni ab ista dæmones humanū genus intruserūt q̄uis p se ipsū pateat/tamen inde quoq; apertius uidebis si adulteria & fornicationes gētiliū quæ usq; ad hunc diē in heliopoli phoenice multisq; aliis in locis peragunt̄ in mentem tibi/ueniant/quasi enim primitias quasdā diis debitas turpissimas huiusmodi operationes in templis offerūt. Nā si nec homines quidē modesti ac mites cædibus & stupris lætantur/quāto magis dii aut boni dæmon es ab his rebus erunt alieni? Si uero quispiā obiicet malignos quidē esse dæmones eos qui hæc petūt/alios aūt illos bonos/quos maxime tanq̄ saluatores uenerant̄/quærēdū ubi nā isti saluatores sui quos colūt sint/& non possunt malorū uim ab huiusmodi facinoribus at flagitiis auertere. Quomodo autē boni sunt si malos dæmones nō depellūt/ si cultorib9 non auxiliantur? Aut cur humanū piūq; hominū genus atrocitate malorū dæmonū uexari permittunt? Cur etiam nō admouerūt homines nō ut deū honorare/sed ut pniciosum dæmonē odisse illum/cui hæc iniqua & turpia placerent? Quomodo ego uerū isti deum colūt/qui nec rodiis nec salaminii/nec heliopolitanis fugiēdos esse paruos dæmones significauit? nec malignū iunōis spiritū/cui tris quotidie hoīes sacrificari solitū ab historia didicimus cōtemnendū esse unq̄ dixit? Nec chios docuit? nec mēbratim crudelissime discertū hominem Dionyso imolarēt nec teneidos similiter? nec ꝓhibuit Mauorti hoīem ubiq; offerri? Cur igitur eū colūt qui uel in liberos prauis dæmonib9 iugulātes nequaq̄ defendit/nec dixit in laodicea syriæ ubi singulis annis uirgine litabat̄ pniciosum dæmonē habitare nec in libya atq; arabia ubi adolescentē sacrificantes sub ara sepeliebant. Hæc oia uerus deus quē colūt quō non admonuit faciūda nō esse. Incestus ēt & adulteria uerus ille ac bonus deus quomodo nō docuit uero deo & bonis dæmonib9 placere nō posse quod nullus unq̄ præter q̄ uerus profecto deus noster qui solus deus est fecisse inuenitur. Is enim per Moysem uniuersos premonuit hoīes nō esse colēda dæmonia/ ecōtra uero repellēda cōtemnēdaq; tanq̄ perniciosissimos spiritus tēplaq; ipsorū ac cærimonias quibus honorātur sic esse delenda ut nulla eorū extet memoria/qui adeo maleficiose humanū genus inuaserunt tantamq; uictoriā amentia hominum cōsecuti sunt/ut si colligere in unum quæ ab historicis suis dicūtur uolueris uniuersum istis scelestib9 orbem spiritibus subiectū fuisse inuenies græciā/affricā/thraciā scythiā/prudentissimoꝝ atheniensiū gentē ipsam quoq; magnā urbē/siquidē ēūbi dialibus hoīes iugulabātur. Rhodū præterea/salamina/insulas oēs/chium/tenedum/archadiā/ lacedæmona/ ægyptū/phoeniciā/syriam/arabiam/ubiq; usq; ad tēpora saluatoris nostri tam animaliū q̄ hominū cæde & turpissimis pollutionibus perniciosissimos dæmones placabant/ neq; prius uitā hoīum hæc mala reliquerūt q̄ saluatoris nostri doctrinæ fulgor orbem illustrauerit/historicos.n.suos iam audiuimus ad Adriam usq; tēpora facinora & flagitia illa fuisse protensa. Eius uero imperatoris temporibus turpitudinē hanc omnē intellectam atq; contemptam fuisse. Illo uero maxime tempore salutaris euangelii prædicatio per orbem in modorū fulguris coruscabat. Mentiunt̄ autē qn̄ rebus uicti prauis se dæmonibus sacrificasse negant. Illos.n.adorabāt/illis hoīes cædebāt/ad honorē illorum turpissima admittebāt flagitia/quos deos maximos & putabāt & appellabāt. Saturnū n. Iouē Martem dionysum Iunonē Mineruā Venerem & sapientissimū atq; pulcherrimū Apollinem optimos & maximos deos ac deniq; saluatores esse ꝑdicant. Isti ergo

pniciosissimi illi dæmones sunt. Nã si huiusmodi sunt q cæde hoium gaudẽt (gaudẽt aũt isti qb9 nisi hoies imolent̃ ferre nõ possunt) scelestissimi certe spiritus eẽ cõuicunt̃ siue ipsi talibus gaudeãt quod dubitari nõ põt/siue aliis hæc offerri pmittant. Cur.n. si boni sunt spiritus his sceleribus malignos placari dæmones iubent̃: cur adeo errare homĩes patiunt̃ ut ad colẽdos prauos dæmones ignorãtia deductos despiciant̃: Cur huiuscemodi humanũ genus seruire spiritibus nõ dedignant̃/cũ oporteat si boni dii sunt lõgissime/ab hoibus oẽm falsam religionẽ diuina sua uirtute pdicationeq; itegra pellere: An pater bonus nõ negliget filiũ a prauis hoibus circũuentũ/nec humanus dñs seruũ/nec dux belli ad captiuitatẽ suos milites duci patiet̃ si aliquo eis poterit modo puidere/nec pastor lupis pecudes tradet. Dii aũt boni qui miseros ut dicunt hoies tutant̃/q pastores & saluatores reges pr̃es & dñi nuncupant̃ inimicis dæmonibus quasi atrocissimis beluis hoies a qbus pie colunt̃ crudeliter trucidandos tradẽt/nec ppugnabũt & protegẽt imbecillũ genus hoium/nec hostes & prauos spũs tanq̃ imanes bestias lõge a grege hoium fugabũt/nec docebũt hoies q se reqz suã illis cõmendant nõ colẽdos sed fugiẽdos eẽ prauos spũs: Quãdo igit̃ hoc nec faciũt nec unq̃ fecerũt/imo uero econtra oraculis atq; respõsis suis hoies imolari sibi petebãt & turpissima flagitia in tẽplis offerri/re ipsa patet pessimos & iniqssimos eẽ natura. Ad hæc qũo deus aut bonus aliqs dæmon a gentibus unq̃ adorabit̃/si bonũ malo nunq̃ conuenire põt/nisi lucẽ ac tenebras ad idẽ cõcurrere posse cõtendat. Quomodo aũt dii sũt aut oino boni dæmones q bonitate ab hoibus superant̃. Iniquũ.n. Porphyrius scripsit/nõ dico hoies solum/sed ẽt q multo minus est aialia bruta occidere. Quare imolatiões huiuscemodi modesto atq; prudẽti uiro fugiẽdas nec placãdos spũs sanguine/sed animi uirtute repellẽdos consulebat. Mundum enim animum non ĩuadunt quoniam eis dissimilis est.

Quod omnibus contemptis deo inhærendum est. Cap. IX.

I uero ciuitatibus necesse ẽ/hos ẽt placare nihil ad nos. Ciuitates.n. ẽt res externas ut diuitias/& oia quæ corporis sunt ut formã bona eẽ cõfirmat/& hoꝝ cõtraria mala. Pauci.n. sunt in ipsis q aiæ curã habeãt. Nos aũt quantũ nobis possibile est istis nõ idigemus/sed oi studio atq; opa deo similes fieri conamur. Quod fieri solet pfectiore uirtute & uera de rebus opinione. Ecõtra uero prauis tam dæmonibus q̃ hoibus & oibus qui caducis atq; materialibus rebus gaudent dissimiles eẽ studem9: Nõ iniuria igitur philosophus & dæmones cõtemnere debet & diuinationes negligere. Ea.n. quæ hoies uaticinationibus petũt negligit. Nõ ergo de matrimonio nõ de mercibus nõ de seruo nõ de furto nõ de aliis inanibus rebus/quas falsa opinione hoies cupiũt/ab extis aialium quæret/sed ipse per seipsum deo accedẽs æternã solũmodo uitam quæret quã toto aio desiderat. His uerbis Porphyrius auguria & auspicatus & uniuersam diuinationẽ quã multi admirant̃ falsa opinione hoium cõstare aperte ostẽdit/quibus philosophum nullo modo idigere dicit. Si ergo modestus prudẽsq; uir ea fugit qbus dæmones placant̃ quæ sunt gẽtiliũ sacra sanguine aialium cõfecta. Nemo priscoꝝ prudens ac modestus inuenit̃. Omnes.n. ut diximus ante saluatoris nr̃i aduentum uel hoium sanguinẽ dæmonibus offerebant. Nemo ergo secundũ Porphyriũ prudẽs modestusq; gentiliũ fuit. Præterea ipse rõnem sequẽs sacra dæmonũ refutat & mundo aio esse hortat̃/quẽ dæmones inuadere nequeunt quoniã dissimiles sunt. Apollo uero de9 suis rursus eni homini cõparatus iferior reperietur perniciosissimo dæmoni/qua uidelicet ei amicus sit/pnicioso eni perniciosus amicus est/sacrificandũ cõsulit/quod ipse in libro de respõsis cõscripsit. Cũ.n. uates festinaret quod quærebat inspicere Apollo ei respondit munera prius dæmoni offerẽda esse dicẽs. Ratio aũt humana duce natura his

contraria faciēda probat mundiciā scilicet animæ adhibendā / & sacrificandū non esse dæmonibus quoniā puꝝ mundūq; aggredi nō possunt cū dii similes sint / ꝙ si prudens & modestus uir est qui dæmonibus non sacrificat/qui suis responsis sacrificandum cōsulit qualisnam sit per te ipsum considera. Pessimi ergo atq; perniciosissimi sunt qui cæde ac sanguine hominum gaudent/quem morem si quis laudat is omnes homines qui modo uiuunt uituperat/ꝙ si prudenter nostra tempore huiuscemodi rem contempserunt prisci omnes stultissime id faciebant.

¶Quod omnibus contemptis deo inhærendum est. Cap. X.

h Is oībus hac luce clarius patet non dii nō boni dæmones/sed lōge ab oī bonitate remoti hostes ueri dei pniciosi atq; impii gentiliū eē deos / a quibus nemo præter dñm nostrum Iesum xp̄m humanū genus eripuit q euāgelio suo uniuersis barbaris simul & græcis huic morbo medet̃ & a durissima antiqssimaq; seruitute liberat ac ad uerā cōuocat libertatē/ad quā curriculo tēdere magna uoce oībus pdicat clamās. Spiritus dñi sup me/ppter quod misit me euāgelizare paupibus/misit me sanare cōtritos corde pdicare captiuis remissionē & cæcis uisum. Et rursus educere ligatos e uinculis/& e domo carceris sedētes in tenebris. Hæc.n.ab antiqssimis tp̄ibus uera hebræoꝝ oracula redemptionē nostram & cæcæ mentis illuminationē prædicentia cōfirmabāt futurā/unde nos saluatoris nostri gratia & patrocinio cōfirmati a flagitiis ad modestiā & ad prudētiā ex amentia liberi iam a dæmonū seruitute nec sacrificabimus unq̄ nec seruiemus diis gentiliū/a quibus(proh dolor)oppressi tenebamur/nunc quia liberati euangelica doctrina ad saluatorē nostrum dñm & benefactorē creatorem & regem uniuersi adducti sumus/quē pie adoramus non ut dæmonibus uidetur / sed ut ab euangelica doctrina didicimus qua nutriti prauos dæmones atq; pniciosos facile fudemus. Nā castitate & bonis moribus nixi/eāq; uitæ munditiā adhibentes/quā nobis saluator tradidit nequaq̄ illos timebimus qui mundū aggredi aīum quoniā dissimiles sūt nequeūt ut philosophus cōcedebat. Sed neq; diuinatiōis indigebimus/neq; aruspices īterrogabimus nec quicq̄ penitus dæmoniacū perscrutabimur. Quoꝝ.n.gratia hæc petunt̃ ea nos contemnere xp̄s docuit/illaq; solūmodo desiderare iussit/de quibus nemo aruspex nullius hostiæ exta significare aliquid poterunt/quæ solus saluator noster uerbum dei quod semp cū deo patre est oībus significauit/qui animū atq; mentē suam domiciliū illi cōstituerunt/de qbus ipse dicit/habitabo in ipsis & ero sibi deus & ipsi erūt mihi populus. Hæc de prauitate dæmonum quos & deos appellant dicta sufficiant.

¶De transmutatione prauorum dæmonum & operatione. Cap. XI.

n Vnc uideamus quēadmodū cū esum carnium Porphyrius exterminet aptissime prauos istos dæmones in multas figuras & formas ut hoīes se ducāt transmutari/bonorūq; ut cupiditatū inflāmatione multitudinem alliciant / persuadeantq; deos eē cū non sint effigiā assumere confirmet/quos tantū ait potuisse ut sapiētissimos poetas & philosophos cōplures decæperint / quoꝝ eloquentia multitudinem euerterūt. Præterea oēs maleficas artes ab ipsis dæmonibus inuētas fuisse/ad uoluptatēq; homines impulsos ut titillatiōe obcæcati primū eoꝝ spiritū summū deum putarēt. Sed uerba eius ascribamus. Quæcūq; inquit animæ uitiis subiectæ appetitu ferunt̃ iræ concupiscentiæq; seruientes in naturam dæmonū conuertuntur/ac perniciosæ sicut illi fiunt. Sunt aūt sicut & dæmones inuisibiles atq; insensibiles humano sensu. Non enim habent corpus quod soliditate sua sentiri possit/nec formā omnes unā / sed multis atq; uariis transmutatæ figuris modo apparēt modo inuisibiles sunt. Spiritus aūt quia quidem corporalis & passibilis est/quia uero animæ colligatus est lōgo tp̄is spacio perdu-

rat. Aeternus aūt esse non pōt/quoniam mutatur & defluit. Proportionati aūt sunt bonorum spiritus sicut & corpora fuerūt/malorum aūt improportionati. Dæmones igit̃ uitiis dedici quicqd male excogitare ac efficere possunt libenter aggrediunt̃/ uiolētī.n. omnino atq; simulatores cū sint/priuatiq; luce meliore insidiose aggrediuntur/nunc occulte adulantes modo manifestus cogentes. Et paulopost hæc inquit ac similia faciunt a uera opinione de cultu deoꝝ ad seipsos transferre cupientes/omnibus.n. gaudent malis & deorū assumpta persona temeritate nostra fruuntur. Alliciunt.n. multitudinem ardore cupiditatū/diuitiaꝝ potentiæ uoluptatum/inanis præterea gloriæ appetitione/unde seditiones/rixæ bellaq; nascuntur/quodq; omniū pessimum est deos ēt ipsos & primum uniuersi deum similibus seruire uitiis psuadent/ita omnia sursum deorsūq; pturbant. Credunt enim eis non solum uulgus/sed multi etiam philosophorum alteri alteris causam præbētes. Qui.n. philosophi cōmunes opiniones non contempserunt ad impietatem uulgi delapsi sunt/multitudo etiam uicissim consentanea impietatis suæ a philosophis uerba percipiens in falsa de diis opinione confirmata est. Nā poesis quoniam in uerbis sonantibus & compositiōe magnifica utitur persuasit/imo uero inflāmauit homines ad impietatem/ita seducti nō possūt perspicere nec bonitatem nocere nec prauitatē iuuare unq̃ posse. Nam ut non pōt caliditas ut Plato ait frigiditatem inducere nec frigiditas caliditatē/sic nec iustitia nocere potest: Iustissimus aūt omnium de9 ē/ non esset.n. deus nisi esset iustus. Quare alia quædā est uirtus bonoꝝ demonuum /alia maloꝝ. Qui.n. ad nocendū nati sunt & istud oibus peragunt uiribus bonis contrarii sunt//contraria uero in eodē eē non possunt. Ab istis aūt maleficæ quoq; artes cōstitutæ sunt/hos.n. sūmopere & præsidentē istorum malefici oēs uenerantur. Hi pleni sunt omni falsa phantasticaq; uisione qua facile decipiunt mōstra quædā & prodigia sensui & imaginationi præponētes/unde amatoria & incētiua libidinū præparantur / quibus oīs luxuria & diuitiaꝝ copia/& inanis gloriæ cumulus cōparari atq; acquiri credit̃/hac falsitate hoīes decipiunt. Dii.n. esse uolunt cū nidore carniū & fumis gaudeant. His.n. uaporibus confirmari & roborari uident̃/hæc oia eius sunt qui exactissime ista sciebat Prænominatus.n. philosophus qui maxime omnium ista scrutatus est prauos dæmones omnes qui sanguine gaudent appellauit & multitudini a poetis & nonnullis philosophis persuasisse falso bonos uideri asseruit.

Deus nocere non potest.

¶ Qui sunt principes dæmonum secundum Porphyrium. Cap. XII

Deīn declarat malignoꝝ dæmonum principes Serapin & proserpinā eē/diuina uero scriptura belzebub prauitatis principē appellat. Sunt aūt uerba eius hæc in libro responsoꝝ conscripta malignos oēs dæmones non temere Serapidi subiicimus. Non.n. sacroꝝ eius symbolis solūmodo persuasi sumus/uerū etiā quia quæcūq; alliciunt & quæcūq; repellunt. Plutoni attribuunt̃/ut in primo libro monstrauimus. Serapis aūt apud ægyptios id deus est q̃ apud græcos Pluto nūcupatur / iccirco prauis dæmonibus iste princeps est. Nam iste symbola quoq; dedit hoibus quibus dæmones expelluntur/iste supplices docuit quomodo brutoꝝ assumpta figura dæmones hominibus insiliunt. Vnde apud ægyptios & cæteros omnes qui prudētes in agēdis cærimoniis deoꝝ esse uidentur/corrigiæ in templis irrumpunt̃ & aialia ante inuocationem deorū expulsa multitudine cæduntur/ita domo cæteris rebus uacua & munda spiritu & sanguine aialiū deus inuocatur. Sunt aūt corpora hoīum istis plena & maxime illoꝝ qui delicatis cibis uiuunt. Comedentibus.n. nobis aduenīunt & inhærēt corpori/iccirco ieiuniū & castitas maxime laudant̃/non quia pricipaliter deus bonus istis placetur/sed ut recedāt illi qui sanguine & immūditia gaudentes ut his fruant̃ in uten-

tium corpora ingrediunť: Certũ.n.eſt quia uehemẽs caducũ rerũ cupiditas & appeti-tui ſpũs impetus nõ aliunde q̃ ex præſentia iſtoꝝ maxime creſcit. Quare cũ appetitio nimiũ inflãmata eſt/& uoluptatis ardor aium ita exagitat/ut oĩs cogitatio ad exteriora uagetur/tũc huiuſmodi dæmonũ præſentiã eſſe cognoſcas/quoꝝ præſentia facit ut appetitus ſpũs in corpore noſtro multiplicetur. Et paulo eſt nunqd ait iſti ſunt illi dæmones quoꝝ princeps Serapis eſt? Symbolum.n.ét horum triceps canis eſt ille ſcilicet q in aqua terra & aere tribus his elemẽtis uerſatur pernicioſiſſimus dæmon. Is enim cæteros dæmones tanq̃ princeps expellit/ſed Proſerpina etiam dæmonum princeps eſt/qa in tribus his elementis plurimum poteſt. Et poſt pauca unum inqt Proſerpinæ reſponſum ſi appoſuero uolumen iſtud concludam.

Naturæ triplicis ego ſum lucina puella.
Taurea itemq; triceps miſſa e cœlo aurea phœbe
Quam multæ uariant formæq; trinaq; ſigna
Quæ terna & ſimulachra ferro terræ aeris ignis
Quippe meis atris terrarum eſt cura moloſis

Euſebii Pamphili Liber quintus.

Quod potentia dæmonum per aduentum ſaluatoris eſt adiecta. Cap. I.

Einde quinam ſint canes atri clare interpretať dicens pnicioſos dæmonas ſic appellari. Verũ & ſi ſatis a ſupioribus pateat non bonos ſed pnicioſos dæmonas quaſi deos a gẽtilibus cultos/nõ tñ erit ab re qm̃ multi adhuc imbecillitate quadã animi ſeducuntur religionẽ patrũ laudantes cumulatius eandẽ rẽ oſtendere/a qua nõ ab alio q̃ a prædicatione Chriſti liberati ſumus. Ipſi.n.fatentur tpibus ſaluatoris noſtri oracula ſua ceſſaſſe/& mortẽ nõ nulloꝝ dæmonum accidiſſe/& ad hæc ut in ſuperioribus patuit poſt euãgelicã doctrinã diis offerri hoĩes improbatũ eſſe. Adiiciẽdũ ãt eſt nõ ſolũ ſupſtitionẽ dæmonũ ruiſſe/uerũ ẽt multos atq; uarios principatus ceſſaſſe. Fere.n.p oẽs ciuitates & caſtella reges & tyrãni antiquitus erãt ita ut nõ pauciores principatus eſſent q̃ ciuitates/facileq; a dæmonibus impulſi alteri in alteros inſurgebant. Sic depopulationes regionũ obſidiones urbiũ & ſeruitus maxima uigebat in morẽ iumẽtorũ captiuis ſeruientibus. Vnde facile cõſideratũ eſt q̃ ingẽs ante ſaluatoris noſtri tẽpora humanũ genus calamitas præmeret. Quæ oĩa diligẽter in unũ collecta ſi nõ ante ceſſaſſe cõſiderantur/nec ſucceſſiõem unũ poſt alterũ defeciſſe/ſed oĩa ſimul quaſi terræmotu facto poſt dñi noſtri reſurrectiõnẽ ruerũt/quomodo nõ oportebit euãgelicæ ac ueræ ſalutaris doctrinæ myſteriũ admirari/cuius prædicatiõe factũ eſt ut creatori & ſoli uero deo per uniuerſum orbem ædes conſtitutæ ſint/ubi tam uetus q̃ noua ſcriptura ita publice legitur ut ab oĩbus audiatur: Vnde audiẽtes diſcunt ſumma uirtute & uera pietate ac religione uiri ſimul & mulieres uiuere. Perierunt aũt reſponſa dæmonum & auguria & aruſpicia hoĩum nec quis adeo nunc inſanuit/ut poſtea q̃ nomen chriſti in orbe claruit audeat clariſſimorum ſanguine aut cæde hoĩs immaniſſimos dæmonas placare/quã rem prius non rudes aut priuati ſolũmodo/uerũ ẽt ſapiẽtes & reges factitabãt. Quod aũt poſt tẽpora ſaluatoris noſtri potentia dæmonũ fracta iaceat ipſe Porphyrius chriſtiani nominis hoſtis in libro quẽ aduerſus religionẽ noſtrã conſcripſit hoc modo te-

ſtatur. Nũc uero mirant̃ inq̃t ſi tam multis annis peſte ciuitas uexat̃/quũ & Aeſculapius & alii dii lõge abſint ab ea. Poſtea.n.q̃ Ieſus colit̃ nihil utilitatis a diis cõſequi poſſumus. Hæc uerba illius ſunt. Quod ſi dii ſunt o Porphyri quare uiribus ſuis Ieſu uirtutẽ nõ deprimũt? Siquidẽ ut nos dicitis mortalis hõ Ieſus & ſeductor fuit/dæmones uero ueſtri & dii & ſaluatores/cur igitur oẽs ſimul cũ æſculapio terga uerterunt? uniuerſumq; humanũ genus fuſi atq; fugati Ieſu tradiderũt? q ẽt poſt mortẽ apud oẽs gentes in dies creſcit manifeſtiſſima uiuere ſigna & infinitas ut deus uires habere oibus oſtendens/q aliquãtiſper uolũt aduertere/tantũ unus ſolus & ipſe mortuus põt ut innumeros deos expulerit/& honoribus eoꝝ deſtructis cultũ ad ſe tranſtulerit. Illi aũt & multi & uiui ut dicitis nec apparẽt uſq̃ iã nec operant̃. Cur igit̃ ita fit? quia nõ dii ſed praui dæmones dii ueſtri ſunt. Ieſus aũt & qui eũ miſit pater deus uerus ẽ / ac ideo gloria ſua creſcit in dies/& humanũ genus ad maiorẽ quotidie uirtutẽ ꝑgredit̃. Cũq; oporteret ſi dii eſſent & humanaꝝ rerũ curã haberent religionẽ xp̃i deponere/& cultũ ſuum corroborare nihil efficiunt/ſed conati quidẽ ſæpius ſunt & reges ac principes uniuerſũq; romanoꝝ imperium aduerſus ſaluatoris noſtri euangeliũ cõcitarunt/iacent tamẽ ſuperati nec totius orbis uires q̃uis ipſoꝝ ſuggeſtionibus cõſpiraſſent contra paulos homĩes ac pauperrimos euangelii nuncios quicq̃ efficere potuerunt. Ieſu.n.mortui diuinæ uires pulſis dæmonibus ac falſis deis/qui terreſtrem hunc aerem & cauernas terræ habitare condemnati in ſepulchris hominum/omniq; immunda materia uagantur ſanguine ac uaporibus gaudentes ad ueram humanum genus pietatem attraxerunt.

¶Quibus rationibus homines dæmonibus decepti ſunt. Cap̃.II.

p Rincipes certe dæmonum ſiue aeri ſiue inferni poſtq̃ uiderunt ab hominibus nõnullos mortales quaſi deos ſanguine ac nitore ſibi gratiſſimis honorari motibus quibuſdam ſimulachrorum quæ homĩes in memoriam mortuorum fecerunt/facile amentes decipiebant. Præterea diuinationibus quas dæmonica ọpatione prædicare uidebãtur & uoluptate corporis oẽs alliciebant adeo ut modo cæleſtes uirtutes ac dei modo heroum animas quæ poſt mortem in cœlum aſcendiſſent ab hominibus crederentur. Vnde opinio de multitudine deorum cum a ſimulachris ad inuiſibiles ſpiritus qui per ſimulachra operabantur/& in eis habitabant cogitatio raperetur q̃ſi uera uehementer creuit/ita terreſtres & aerei dæmones malignitatis ſpiritus dii maximi putati ſunt. Priſcorum etiam heroum qui maxime colebantur memoria in maius errorem extollebat/quorum figuras per ſingulas ciuitates imaginibus atq; ſtatuis exprimere conabantur/animas uero prodigioſe aut incorporeas uirtutes ſtatuis plerũq; adeſſe dæmones ſimulabant/ſic maleficis artibus & inuocatione animarum omnia perturbabant. Iſti ergo terreſtres dæmones aerei atq; inferni ſpiritus / quos huius mundi principes diuinæ litteræ nuncupant modo bonos ſe dæmonas/modo deos cæleſtes/& nunc heroum animas/nunc alios atq; alios fingentes in uarios humanum genus errores iniecerunt/ut alii deos/alii heroas/alii dæmonas eſſe contenderent / & hos alii bonos alii malos/quos tamen ne noceant placandos ſacrificiis cenſebant. Ita factum ẽ ut multitudo/immo uero innumerabilitas deorum credita ſit.

¶Quomodo multitudo deorum credita. Cap̃.III.

p Rimum enim fulgẽtia in cœlo corpora/tum ꝑpter perpetuũ motũ / tum qm̃ cuncta hæc inferiora perſpiciant atq; moueant deos appellarunt. Deinde qm̃ heros uitæ hoĩum communiter profuerunt in deorum numero accepti ſunt / quorum turpiſſima facta theologiæ ſuæ partem putantes fabuloſam appellarunt /quã poſtea deteſtati q̃uis & uera & priſca ſit/ad naturalia tñ reducentes fabulas negant/nec

finẽ hic fecerũt/sed propriis quoq; passionibus adorabile nomẽ dei attribuerũt/ quod theologiæ genus ita p se ipsum iacet/ut oratione cõfutatoria nõ egeat. Quid.n.turpi9 q̃ ueneré/cupidinẽ/& priapũ deos nũcupare? Res quoq; humanas deos fecerũt. Orationis.n.uim Mercuriũ/excogitatiõis Palladẽ noiarunt. Ad hæc opa & artes alias Marti & Mineruæ ut bellicas/alias Vulcano ut oẽs quæ p ignẽ fiunt accõmodarũt. Extremo malignos quosdam dæmones uarios certe atq; multiplices quos mõ deos/mõ animas mortuorũ esse credunt/in theologiã suã suscæperũt. Hæc cũ ita se habeãt/cæteris quia manifeste friuola sunt prætermissis/de operatione dæmonũ q̃uis in superioribus dictum sit/tamen quia fere omnes occuparunt nunc quoq; dicamus.

¶ Quod dæmones quos inter hominum deorumq; naturam collocabant responsa dare credebantur. Cap.IIII.

Primũ autẽ Plutarchi uerba in testimoniũ adducã quæ in eo libro q inscribit̃ quod oracula defecerũt conscripta sunt. Probe inquit asserũt multi cũ a Platone quod qualitatibus subiicit̃ elementũ inuentũ sit/quã materiã uocãt a multis magnisq; dubitationibus philosophos esse liberatos. Mihi aũt uident̃ pluribus atq; maioribus satisfecisse dubitationibus/qui genus dæmonũ inter deos & hoies posuerũt. Modũ.n. excogitarũt/quo humanũ genus diuino cõiungitur: Laudandus ergo est qui primo iuenit siue Zoroaster ut dicitur/siue Orpheus/siue quidã Phryx aut ægyptius ut ab utrorũq; cærimoniis coniicere possumus. E græcis aũt Homerus pmiscue his nominibus uti uidetur/eosdẽ modo deos modo dæmonas nuncupans. Hesiodus primus hoium distinctius quattuor genera rationalis naturæ ordine posuit/deos primũ/deinde dæmonas/posteã heroas postremo hoiẽs/e qbus mutationẽ atq; progressum in melius facere uidetur. Aurei quidẽ genus hoies in bonos dæmonas transferẽs/semideos aũt uiros in heroas reducẽs/nec necesse est de spacio tpis cũ Demetrio cõtendere. Nam siue longo quodã tpe/siue breui/siue certo/siue incerto dæmonis aia & herois uita cõmutetur nihil ad rẽ/cũ priscorũ hominũ atq; sapientũ testimonio pateat naturas esse quasdã inter deos & hoies quæ suscipiũt mortaliũ passiões/quos dæmonas appellãtes & honorantes leges patrias cõseruabimus. Et post pauca recte mihi dici uident̃ nõ deos q lõge a terris semoti sunt/sed dæmonas deoꝝ ministros/oraculis pesse. Qui uero his dæmonib9 peccata & errores attribuũt scdm Empedoclẽ/ & ad hæc mortẽ atq; luctũ/hi mihi parũ prudẽtes solẽt uideri. Et paulo post/ẽ.n.ut in hoib9 uirtutis diuersitas/& appetitiue atq; irrationalis partis. sic in ipsis quoq; dæmonib9/sed in aliis irrationalis hæc pars tenuis est atq; imbecilla/in aliis uehemẽs atq; ipetuosa/cuius rei uestigia testimoniaq; sũt sacra & cærimoniæ fabulosæ multis ad hũc usq; diẽ in locis peracta. Nefastos n.dies & tristes in quib9 ieiunia & planctus in sacris adhibent̃ ad pellẽdos prauos dæmonas cõstitutos esse crediderim/cuius rei argumentũ est/quæ antiqtus fiebat hoium imolatio/quã nõ diuinitus itroductã fuisse credẽdũ est/nec reges/neq; principes temere carissimos sibi liberos iugulasse/sed pniciosorũ dæmonũ irã & ipetũ retrudẽtes fecisse. Nã dæmones cũ nõ possint aut nolint animæ p corpus coniungi queadmodũ Hercules œthaliã amore uirginis cõmotus obsidebat/sic aiam hois corpe detentã petentes bella/pestes/aliasq; calamitates urbibus inuexerũt/nec ante cessarũt q̃ habuerint quod cupiebant. His aptissime Plutarchus præcipuus apud gẽtiles philosophus ostẽdit pniciosissimis dæmonibus hoies imolatos fuisse. Quorum si aliqui boni sũt cur ita praui placabant̃ cũ possent facile boni exorari ut prauos pellerẽt? Nunc aũt cum nunq̃ id fecerint/sed turpissima semp uita & obscenis uerbis & sanguine brutorũ atq; hoium malignos dæmões placarint/quomodo hæc faciẽtes quæ prauis gratissima sunt deo & bo

nis uirtutibus placere putabāt/Neminē.n.fugit nō posse bonoꝝ esse amicū eū qui sic uiuit ut malis gratissimus sit.Nō ergo deos sed neq; bonos dæmones gētiles sed perniciosos solūmodo uenerant̄.Quā rē magis idē Plutarchus cōfirmat/dicens/fabulosas de diis rōnes res quasdā significare a dæmonibus antiqssimis gestis tpibus/& ea quæ đ gigātibus ac de titanibus decātant̄ dæmonū fuisse opatiōes.Vnde mihi suspicio nōnū q icidit/ne ista illa sint quæ ante diluuiū a gigātibus facta diuina scriptura tetigit/de quibus dicitur.Cū aūt uidissent angeli dei filias hominū quia essent speciosæ elegerunt sibi ex illis uxores.ex quibus procreati sunt famosissimi gigantes a sæculo.Suspicabatur.n.fortasse quispiā illos & illorū spiritus esse qui ab hoibus postea dii putati sunt/pugnasq; illorū tumultus & bella eē quæ fabulose de diis cōscribebant̄.Plutarchus ēt in libro ubi de iside ac ægyptiorū diis cōscripsit his uerbis utitur.Multo melius āt dicūt q quæ de typhone osiride & iside cōscribunt/nec deorū/nec hoīum sed magnoꝝ dæmonum calamitates affirmant fuisse/quos ēt Plato:Pythagoras:Xenocrates/& Chrysipp9 priscos secuti theologos excellētiores q homines fuisse affirmāt.Sed naturā suā quis hominē supiorē/aīa tn̄ & corpore cōiunctā dixerūt.Quare uoluptate quoq; atq; dolore alios magis/alios minus affici/ut.n.in hoibus ita ēt in dæmonib9 uirtutis & uitii diuersitas inuenitur.Nā quæ de gigātibus & titanibus græci decantāt/& Apollinis aduersus Phythonem bella Dionysi præterea fuga & Cereris peregrinatio nihil ab illis differūt/quæ de osiride & typhone apud ægyptios narrant̄.Empedocles āt pœnas etiam dare dæmonas peccatorū cōfirmat.Aeter.n.eos inquit & pont9 expellit/terra nullo modo suscipit.Sic ab alio in aliud elementū depulsi atrociter uexant̄ quousq; purgati primū ad locū redeant.Similia uero de typhone ferūt ægyptii/quē aiūt inuidia cōmotū terra simul atq; mare turbasse/deinde graues pœnas persoluisse/his similia idē Plutarchus ī libro quoq; de casu oraculorū explicuit.Ille inquit dæmonibus diuinationē attribuens multa de delphis & de Dionyso dicebat/nec erat nescius eorū sacrorū quæ apud græcos celebrant̄/sed dicebat eis magnas istorū dæmonum fuisse calamitates significari.Apollinicq; cū typhonē interferfecisset nō annorū nouē/neq; ad tēpus fugere necessarium fuisse/sed in aliū mūdū impulso pōst nouē magnos ānos pœnis purgato cōtigisse ut ad oraculū quod interim themis custodiebat rediret.Sic se habuerūt quæ de typhone & de titanibus narrant̄.Dæmonum eni aduersus dæmonas pugnæ fuerūt/& exilia eorū qui uicti fuerāt atq; supplicia/qualia typhon quoniā in osirim & saturnus quoniā in cælū peccauit passus est.Quoꝝ honores aut oīno apud nos defecerūt aut minores sunt/cū in alio ipsi exulent mūdo.Audio enim etiā solymos liciorū uicinos.Saturnum maxime ueneratos fuisse/sed postq archalū & arithon & tosibin principes suos interfecit fugisse inde ipsum testant̄/ac ideo neglectū fuisse/his autē similia multa possumus a fabulis accipe. Si uero nominibus deoꝝ nōnullos dæmones appellamus minime mirū uideri debet.Cui eni deoꝝ unusquisq; subiicitur cuius uirtute sustentat̄/eius nomīe solet nuncupari.Nam & nostrum alius iouialis/alius martialis/alius mercurialis est/& multi forte ita nuncupati sunt/ut nomine rem ostendant/multi contrarias etiam denominationes habuerunt.Hæc Plutarchus.

De Operatione bonorum dæmonum secundū Porphyrium. Cap.V.

Nunc rursus de bonorū dæmonum uirtute atq; operatione a Porphyrio non nulla colligamus.Iure nanq; testimonio ipsius crebrius utimur/qui & nostræ religionis maxime hostis fuit & exactissime theologiam gētilium sciuisse putatur.Is igitur in libro de responsis pana Dionysi famulū enarrat fuisse/quem cum in numero bonorum dæmonum collocet agricolis quibusdam aparuisse cōfirmat quos

& repente postea mortuos asserit sic dicẽs. Pana dionysi famulum fuisse apollo isto re-
spõso significauit. Nam cũ nouem simul hoies in quodam brãchidarum agro mortui
essent interrogantibus quænam necis eorum causa fuerat sic Apollo respondit.

Toruus Dionysi famulus pan auriq; cornis
Per remota obscura gradiens/montesq; per altos
Pinum una atq; alia resonam syringa tenebat.
Gestabatq; manu/multos is corpore uasto
Prostrauit/mortiq; uiros dedit horridus ille.

Audis homicidia? uides figurã? Perspicis res gestas panos quos apollo exposuit? Quo modo igitur bonus ẽ dæmon q talia faciebat? Sed considera ẽt alioꝝ magnifica facta / quoꝝ gratia cælo relicto in terra conuersantur. Non. ñ. modestiam aut iustitiam exem plo docuerunt/sed alii obscenis uoluptatibus/alii pugnis/alii uenatiõibus gaudent. Cũ enim ab aquilone quæreretur si iurandum est sic responsum fuisse ait.

Sunt calami matri diuum/sunt tympana curæ
Fœmineiq; chori/dura atq; horrentia bella
Pallas amat/nemora & saltus uenatibus apti
Dianam capiunt iunoniq; humidus aer
Debetur/cereriq; seges perquirit osirim
In latis nili ripis fidissima coniunx

Si ergo fistulæ atq; tympana talesq; sonitus & turba muliebris mr̃i deoꝝ gratissima sũt oi uirtute neglecta hæc adhibẽda eẽ uidet? Mineruæ quoque pugnæ atq; bella nõ pax nec quies hoium/& Dianæ uariæ canes tanq̃ uenatrici nimiũ placent. Cur igit' relictis cæteris quæ ad beatam uitam conducunt hæc quæ grata diis sunt non amplectuntur?

Quod dæmones coguntur ab hominibus. Cap. VI.

Agnã uero naturã dæmonũ ea quæ istis subiecit maxie ostẽdũt. Recte inqt a Pythagora dictũ ẽ nõ spõte iuocatos deos/sed necessitate q̃dã ipulsos accede-re/quis alios maiore/alios minore ipelli necessitate nõ ignoram9. Nõnulli aũt quadã accedẽdi cõsuetudine/& maxie si natura boni sũt facilius accedũt. Nõnulli cũ in uocati aduenerit nocere conent'. Præserti si negligẽtius qspiã i ea re se habuerit. Hæc eni oia uera esse ac necessitate oẽs inuocatos uenire a respõsis eoꝝ discere possum9/nõ aũt simpliciter dicta necessitate sed persuasione quadam perfusa coguntur.

Exorata tuis ueni sermonibus istuc
Mortales quos consilio inuenere deorum. Et in alio multo clarius
De cælis hecate cur huc compulsa uenire es? Et paulo post respondetur
Victa hominum præcibus cælestia numina terram
Coguntur petere/& casus aperire futuros
Apollo quoq; inquit cogi se hoc responso declarauit
Carminibus domitus phœbus fulgor ab alto
Defluxit tacitus/purumq; per aera uectus
Afflatu spirans labensq; in corda sonoro
Et subiit mentem innocuam/sanctiq; capacem
Numinis/& peperit mortali ex gutture uocem.

Istis ipsis subiicit dicens/nihil his clarius/nihil diuinius / nihil uerius excogitari potest. Spiritus. n. a cælesti defluxus uirtute animatum & organicum corp9 ingreditur/& aia tanq̃ basi usus per instrumenta/corporis uocem reddit. Hinc igitur patet coactos ac-cedere/ab his autẽ quæ sequentur nec posse quidem cum uelint recedere perdiscemus.

Cessa nunc tandem & uerbis iam parce/uito
Da requiem soluens priscas cædensq; figuras
Et remoue a membris ac lintea dura resolue. Et in alio.
Soluite serta pedes/liquidis & spargite lymphis
Eq; manu ramum laurus auferte uirentis.
Linea sitq; omnis delata/omnisq; caracter.

Quibus addit philosophus/lineas ergo dicit delēdas ut recedere possit. Ista.n.& habitus corpis atq; uetustus/qm̄ iuocatoꝝ habēt deoꝝ effigiē ne recedat facile faciūt. Quā ergo diuinitatē habēt/q ad tantā miseriā deiecti sūt ut ab hoibus detineant/neq; uirtute aut sapiētia cogant. Sed arte quadā malefica ipellant? Nec ergo Pythagoras nec tu Porphyri nec qcūq; illos appellat recte unq̄ dicere poterit/sed nec bonos qdē appellare dæmones/licet eos q a mortalibus: Præsertim maleficis atq; magis ita illigant / neq; recedere qdē possint cū uelint. Nā si diuina ipassibilis oīno natura ē/qūo dii erunt q uestitu lineis figuris coronis herbaꝝ floribus & uerbis qbusdam ieptis ac barbaris quasi uinculis ab hoibus uinciunt? Qūo aūt boni saltē dæmones erunt q coacti hoibus adsunt? Nā si ad benefaciēdū uocant/oportet certe si boni sūt spōte absq; ulla illata necessitate accede. Sin aūt ad malefaciēdū qūo boni erūt q mala pagūt? & qūo adoratiōe atq; cultu digni sūt/q maleficis hoibus seruiūt/& mala coacti & pter uolūtatē suscipiunt nō uirtutis aut alicuius boni gr̄a/sed pniciosissimo magoꝝ artificio? quod idē Porphyrius in epistola ad Anebonū ægyptiū latius exposuit/petiitq; ab eo tanq̄ in ea re pfectissimo/quare tantā illud artificiū uim habeat pdoceri. Sic.n.dubitādo interrogat. Magnā uere mihi dubitationē illud affert qa ut meliores rogāt/& ut peioribus iperant. Deide cur cū ipsi dii iubeāt cæteros eē iustos/iussi multa iniqua cōmittunt? Nā cū nullo modo uelint exaudire hoiem q multis se diebus ab opatiōe uenerea nō abstinuit/ipsi uocati ad iniustā uenerē multos ipellunt. Præterea nolunt ab esu carniū ad inuocandū uatē accedere/ne scilicet aialium cæde inquinentur/ipsi uero nidore ac sanguine maxime ducuntur. Ad hæc qui mortuū tetigit ei ad uisionē accedere non licet mortuis aūt & cadaueribus animalium omnes feræ diuinæ res peraguntur. Illud autem nullam mihi rationem habere uidetur quod non dico dæmoni aut animæ/sed ipsi regi atq; reginæ soli dico ac lunæ aut alicui cælestiū deoꝝ famuli nonnunq̄ & scelesti hoīes terrorem inferūt / & multa falso dicentes ad manifestandam ueritatem illos compellunt. Falsa enim profecto dicūt atq; impossibilia/cum cœlum se scissuros/& arcana isidos edicturos/& mēbra osiridos typhoni tradituros minantur nisi dii respondeant. Quomodo enim deiecti atque formidolosi non sunt/qui ficto huiuscemodi terrore tanq̄ infantes mouent? Moneri autem eos istis Chæremon etiam sacer scriba testatur/& hæc illa dicit esse quibus maxime dæmones coguntur. Ipse uero quibus utuntur rationes ac preces qua ratione ualeant non uideo. Tu uero inquiunt qui e limo emersisti qui sedes in loto/q nauigio nauigas/qui singulis horis formam cōmutas/& in singulis zodiaci signis cōmutaris. His enim orationibus atq; hymnis uisui hominis dicunt deum se subiicere nescientes/quia imaginationis suæ passionem illi attribuunt. Si uero hæc symbolice dicuntur / quia uirtutum signa suarum sunt/expositionem nobis horum signorum afferant. Non enim passio certe solaris aliquo modo credi potest. Nam si solis eēt quēadmodum eclipsis sic ab uniuersis hominibus uideretur. Barbara uero uerba & quæ nihil significant quod sibi uolunt? Nam si ad uerboꝝ significationem deus respicit quacūq; uoce eadem res significatur mouebitur/non enim ægyptius erat deus/si autem ægyptius fuit/sed tamen nō ægyptia lingua/immo uero nec humana omnino utitur. Quare aut magorū

Magorū Carmina

malignitate hæc omnia sunt excogitata/qui nostras passiones deo attribuere ausi sunt/ aut aliter homines de deo cogitant q̃ rei ueritas habeat. Et post pauca Falsum ergo om nino esse uidetur/quomodo necessitas deo possit inferri/nec enim permulcetur nec co gitur deus. Ita frustra per hanc ut ipsi dicunt sapientiam de inueniendo fugitiuo seruo/ de prædiis emendis/de uxore ducenda diuinum intellectum perturbant. Hæc ab epi stola Porphyrii sumpta sufficiant.

¶ Quod dii gentium magicas artes docuerunt. Cap. VII

m Agicæ aũt artis ipsi dii gentiliũ & inuentores & doctores fuerunt. Vnde nãq; hoïes quibus dæmones coguntur q̃ ab ipsis dæmonibus discere potuissent? Neq; putes id ita a nobis dici. Nihil.n.nos hay; rey; scimus nec scire uolumus. Sed ad redarguendũ errorẽ gentiliũ & ad defensionẽ nostrã idẽ ipse Porphyrius testis citetur/qui in libro de responsis his uerbis utitur/nõ aũt solũ fœlicem conuersationem suam/uerũ ẽt quibus rebus gaudeant/& quibus illigentur dii hoïbus significarunt. Et ad hæc quibus rebus cogantur, & quæ sibi offerenda sint/& quos dies uitare oporteat figuras quoq; ipsas simulachroy; quales esse debeant & in quibus locis ipsi uersentur & omnino nihil est quod ab ipsis diis homines non didicerint. Quam rem cũ multis approbare possumus/paucis tamen erimus contenti. Primum.n.proserpinæ responsa de simulachris quõ & ex qua materia facienda sint his uerbis hecate declarat.

Hecates imago

Quale mihi facias simulachrum aduerte docebo.
Siluestri cape nata loco atq; absinthiã circum — immo rutas.
Ponito/tum totum cælato & pingito mures — immo stelliones.
Qui soleant habitare domos/pulcherrime sunto
Hæc ornamenta/atq; animo gratissima nostro:
Tum myrrham/thus/styracem/ipsorumq; cruorem
Conterito pariter murum/sacra desuper inde
Verba cane/tot uero adhibe muresq; repone:
Quod mihi tu esse uides formas/tum sumito laurum
Exque eius trunco uaginam aptato/piasq;
Tunc effunde preces simulachro & debita solue
Vota/hæc si facies per somnum meq; uidebis

His aliisq; huiusmodi magnus apud gentes philosophus theologusq; mirabilis secreta deorum mysteria sublimia atq; arcana ostendit/quibus dæmonũ uirtus & malignitas profecto manifestatur. Quid enim prosunt maleficæ istæ artes/aut quã utilitatẽ inani mata nobis simulachra afferunt? Quid autẽ oportet magicas artes insequi si uirtus & philosophia ad fœlicitatem sufficiat? Sed uideamus qualia sint quæ subiecit/caracteras & inquit figuras non parum a deis diligi. Proserpina his uerbis significauit.

Quisnam hominum formas æris neglexerit unq̃:
Aut auri flaua/aut argenti candida dona?
Quis non miratur? qui non hæc ipsa deorum?

Non aũt solum figuras a diis peramari/sed ipsos etiam conscribi docuit. Contineri.n. eos ait in consecrata imagine quasi in sacra quadam terra. Sacra.n.est terra quæ dei ha bet imaginem/qua sublata illud statim soluitur/quo deus cõtinetur/ his oïbus optime astruitur terrestres atq; passibiles dæmones a gentibus coli/quos nõ iniuria nos peni tus contempsimus. Vides.n.a theologis eoy; & ab illis ipsis cõcedi figuris & caracteri bus eos detineri/cũ oporteret nõ alibi q̃ in aïo nec in oï aïo/sed ab oï macula remotissi mo & oï uirtute p̃dito eos habitare. Meror.n.certe ad talẽ aïum diuinus aduenit spiri

tus nec nobis uirtute ac pietate pparatis ad suspiciendū deū magicis artibus opus erit. Sed de his satis.

¶Quod oracula defecerunt. Cap. VIII.

n Vnc autem audias quæ responsa deorum de deficientibus oraculis in eodem libro Porphyrius recitat.

Ablata est pythii uox haud reuocabilis ulli
Temporibus longis / etenim iam cessit apollo:
Clauibus occlusus silet/ergo rite peractis
Discedas patria/& redeas ad lumina sacris

Opportune istis adiiciam illa quæ Plutarchus de deficiētibus cōscripsit oraculis. Cum igitur ait Amonius tacuisset/tūc ergo ad Cleumbrotū dixi. Narra nobis o amice si placet de oraculis/de quibus apud uos præclara dicebant̄ nūc autē omnia extincta esse uidentur. Hæc ego. Tacēte aūt Cleumbroto & quasi rubore confuso ac in terram respiciente. Quid oportet inquit Demetrius de illis quærere/cū omnia fere hic præter unū uel ad summū alterum defecisse pspiciamus. Quare cōmuniter inter nos cōsideremus quanam de causa oracula deoꝶ sic debilitata immo uero extincta sunt. Non.n. ignoramus boetiam multiuocā propter multitudinē oraculorū appellatā fuisse/quæ oia quasi aquarū fluenta desiccata sunt. Nullibi.n. nunc q̄ in lebadia boetiæ oraculū in illis partibus inuenitur. Cætera uera uniuersa uel silent uel penitus desolata ruerunt.

¶Quod gentilium dæmones mortales sunt. Cap. IX.

a D hæc alia quoq; subiicit Plutarchus/quib9 gentiliū dæmonas mortales esse ostēdit/nō.n. inqt male mihi dici uidet̄ nō deos sed ministros deoꝶ dæmonas oraculis præesse. His aūt dæmonibus errores & calamitates attribuere ac deniq; mortales eē opinari barbarice dictū arbitror. Interrogauit igit̄ Cleumbrotus philippū qs & unde adolescēs eēt/cūq; audiuisset/neq; nos ignoramus inquit o Eracleo i absurda uerba nos incidisse. Sed nō possumus cū de magnis rebus dicat̄ audacter magis q̄ uere subiectis principiis recte ad ulteriora procedere nec credo te fugere datū eē abs te quod negaueras. Cōcedis.n. dæmonas eē ministros deoꝶ. Quid aūt inter hos & deos interierit si utrisq; incorruptibilitas & ipassibilitas essentialiter inest? Ad hæc cū Eracleo silētio cogitaret malos quidē dæmonas esse ait Philippus nō solū Empedocles uerū ēt plato & Xenocrates & Chrisippus scripserūt. Democritus aūt cū deprecet̄ bona sibi apparere dæmonia ostēdit non ignorasse ꝓterua quædā ēt esse ꝓfecto. De morte uero dæmonū audiui ego ab Aemiliano rhetore uiro prudente simul atq; modesto quē credo multos uestrū cognouisse/qꝫ cū in italiā pr̄ suus nauigaret circa isulas quas echinadas appellāt flatu uētoꝶ deficiēte noctu ꝓpe paxas deuenisse. Cūq; oēs pene q simul nauigabāt attētiores uigilarēt repēte a paxis isula uocē magnā auditā fuisse/ qua Thramnus qdā uocabatur/quæ uox nouitate rei oēs magno ꝑtulit miraculo. Thramnus enī ille qui uocabat̄ homo erat ægyptius eius ipsius nauis gubernator/quibus uocatus nihil respondit/tertio uero uocatus morem gessit uocanti atq; respondit. Illū uero multo maiore uoce sic exclamasse/quando iuxta plaudem fueris annuciā tunc pana magnū mortuū esse. Quare audita magno dicebat Epitherses(sic enī Aemiliani pr̄ appellebatur)omnes terrore perculsos fuisse. Cūq; dubitarēt utrū obtēperandū esset illi an nō/hoc Thamni gubernatoris cōsiliū ab omnibus cōprobatū fuisse. Si secundi quidem spirarēt uenti nihil esse dicendū. Sin uero tranquilitas maris esset & uētorū flatus cum in eo loco essent oino deficerent nō esse retinēda quæ audiuere. Cum igitur iuxta plaudē essent quia nullus erat flatus uentoꝶ/tunc Thamnū in mare pronū respiciētē

magna uoce dixisse quæ audiuit. Magnus pan mortu9 est/qua re nũciata magnus multorũ gemitus/imo uero innumerabiliũ miraculo quodã cõmixto subito audit9 fuerat/ & quoniã multi fuerant qui ea in naui nauigabãt cito ac facilẽ cũ romã uenissent huius modi rei rumores uniuersam urbẽ repleuerũt/ & a Tyberio cæsare qui nũc gubernacula reipublicæ gerebat Tamnũ accersitũ fuisse/cui rei tantã fidem Tyberius ꝓbuit ut philosophis q̃ tũc romæ repti erãt accitis diligẽter quisnã esset ille pan ac curiose scrutaretur Oẽs ãt illos quibusdã in idẽ cõuenisse cõiecturis/ac dixisse de illo sibi uideri nunciatũ fuisse qui a mercurio & Penelope natus fuit. Cũ hæc Philippus dixisset nonnulli eorũ qui aderãt eadẽ ipsa ab Aemiliano sene audisse restabant. Tunc Demetrius ultra bittanniã inquit multas esse isulas desolatas/quarũ aliquæ dæmonibus ac heroib9 sunt dedicatæ. Nauigaui autem ipse inquit auxilio regis uidendi gratia ad proximam britanniæ isulã/ubi pauci quidẽ incolæ/oẽs uero sacrosancti a britannis habẽtur. Cũq; ibi essem magna tẽpestas in aere cõmota nimbis & fulminibus oẽs exteruit: Quã rẽ incidisse insulares dicebant/quia ex dæmonibus uel heroibus aliqs defecerit. Sicut eñi lucerna dũ ardeat nemini noceat/extincta uero multis/sic magnas animas aiebant propitias esse dum uiuũt/dum uero extinguũtur aut corrũpunt aut nimbis & grãdine ut modo aut pestifero cuncta replẽt ueneno esseq; ibi narrabãt insulã ubi Saturnus somno uinctus a briareo custodiretur. Somnũ enim quasi nexum ipsi eẽ iniectũ/multosq; cũ ipso esse dæmones cultores atq; ministros. Hæc Plutarchus. animaduertendũ autẽ arbitor diligẽter quo tẽpore dæmonis mortẽ fuisse dicit. Quippe Tyberii tempore saluator & dominus noster cũ hominib9 cõuersatus omne dæmonũ genus ab humana depulit uita. Habes igitur etiam a summis apud gẽtiles uiros nõ alio tẽpore unq̃ q̃ temporibus saluatoris nostri dæmonas extinctos fuisse.

¶ De uetustorum fallacitate oraculorum ex ~~tenemo~~ Oenomao Cap. X.

Uerum qm̃ hæc cũctis nota sunt ad ea trãsgredi animus ẽ/quæ neminẽ e studiosis fugere possunt. Vetustissima.n. deoꝝ responsa oẽs græcoꝝ populi/& uniuersa solẽt gymnasia decãtare. Ea responsis delphici Apollinis delusus Oenomaus uir apud græcos tam philosophia quã eloquẽtia nobilis curiose collegit & refutauit. Vtar igiť uerbis eius ut uideas gentiũ deos ab ipsoꝝ gentium philosophis derisos/ oraculaq; deoꝝ figmẽta hoium putata fuisse. Sic igitur Oenomaus in libro de falsitate oraculoꝝ cõscripsit: Cũ fame inqt athenienses ꝓpter Androgei cædẽ agitarenť/ & ad auxilia deoꝝ cõfugerẽt/nõ ut iustitia & humanitate aut saltẽ pœnitẽtia mẽtis quæ cõtritione placãdos deos Apollo respõdit sed mortẽ morti/pestẽ pesti / crudelitatẽ crudelitati addidit. Iussit.n. singulis annis septẽ mares totidẽq; fœminas in cretã sacrificandos mitterẽt/cuius rei memoria/imo quædã uestigia uel usq; ad tẽpora Socratis quingẽtis annis postea durauere. Id quippe fuit quo mors socratis remorata fuisse dicitur.

Deligite ex omni septem uos corpora sexu
Atq; ea minoi regi mandate quotãnis
Per mala sic hæc uestra dei placabitis iram

Cur aũt o deoꝝ optime si iustissimũ fuisse Minoas sciebas/q̃ primus leges sanxisse ferť & apud iferos iudex eẽ ꝓpter iustitiã crediť cõstitutus tantã ad eũ moriturã iuuentutẽ destinasti? an ut fame illius officeres? Interfectores.n. Androgei nõ inocẽtes si iustus ille fuit petiisset. Cur aũt si deus es ambiguus hoies oraculis in pniciẽ decæptos /crudeliter & iniqter intrudis? Crœsus.n. iperiũ. Lidiæ a maioribus successiõe susceptũ pietate i deos maiores suos statuẽs supare/ut eoꝝ patrocinio tutior esset/te Apollo maxime coluit templũq; tuũ delphice auro atq; argento ita ornauit ut ditissimum temploꝝ oium

& sit & uideatur. Vnde iure tua beniuolentia fretus aduersus persas arma mouere sta-
tuit/neq; id absq; consilio tuo. Tu enim ea de re interroganti si respondisti.

Intrepidus si crœsus alym transmiserit amnem.
Imperium perdet magnum regumq; superbum

Hac respõsi ambiguitate tui numinis cultoré/q te suis opib9 ditauit euertisti/ & regnũ lidiæ quod lõgissima successiõis serie in eũ deuenerat in psas/trãstulisti/nõ spõte opior. Nõ.n.tã piũ religiosũq; regẽ & præcipue tui amicũ decipere unq̃ uoluisses/sed futurorũ ignorãtia id factũ arbitror. Nã si tanq̃ deus futura cognosceres/nõ latuisset te nõ intellecturũ oraculi ambigua Crœsum. Miser igit᷑ tu q delphos habitãs inde ad uniuersũ orbẽ inania fũdis responsa. Insani aũt oes hoies q ad te quasi ad ueridicũ deũ accurrũt/ nec me ipsum insanũ fuisse ificior/q & bis ambiguitate ne ignorãtia tua dicã deceptus tertio ẽt nõ diuitiis aut uana re quapiã. Sed quõ facilius atq; tutius philosophari possẽ abs te quæsiui. Sed mea omittenda forsan sunt alienaq; simul quæ tpibus nostris efficiens oia confundis. Antiquissima uero quæ uuiuersis patent oino prædicanda Magno Xerses terrestribus copiis atq; naualibus in græciam impetu ferebat᷑. Quare atheniẽses quibus maxime infensus erat turbati cum nulla salutis spes sibi aliunde restaret ad te delphice confugerunt. Quid aũt tu num amicos atq; cultores tuos defendisti minime/sed ligneo muro munitos derelicta urbe fugere consuluisti.

Effugite / extremas mundi & penetrate sub oras
Ne miseri tardate/feret fuga sola salutem.
Non saluum caput illius non pesue/manusue
Vlla nec reliquo pars deniq; corpore salua
Curribus ecce furit uectus de gente syrorum
Mitis erit nulli/rapiet ferus omnia mauors.
Non templis diuum parcet/non mœnibus urbis:
Cuncta igni consumet/an ipsa exterita magno
Sudore aspicitis superum simulachra madere?

Hæc ne diuinatio est? Nemo profecto conditionem illorum temporũ perspiciens hoc ignorasset. Sed quid deinde sequitur.

Post multas tandem prostratas iupiter urbes
Lignea mœnia dat pallas quam condidit urbi:
Vnde optata salus fœlix & palma sequetur:
Si tantum pugnam non expectarit equestrem.
Tu uero salamis uel cum successerit æstas
Vel cum tristis hyems propriis priuabere gnatis

Quo pacto si Apollo futura quasi p̃ntia præuidere põt amissurã sciebat filios salamina utrũ uero hyeme quãdo cerealia semina iaciunt᷑ an æstate quãdo metunt᷑ ignorabat? quia uidelicet certũ erat nõ potuisse illos ingẽti persaꝝ exercitui resistere/quo aũt tẽpore aggrederent᷑ maleficus ille qui hæc oia responsa fingebat minime scire poterat. Simili ratione ruinam urbis atheniẽsiũ præuiderat/ac ideo fugere illis nauibus quasi ligneo munitos muro cousulebat/quod ẽt Themistocles humani uiribus ingenii præuiderat Sed ante q̃ tu auctoritate tua populum mouisses persuadere non poterat. Nunc quid hac de re quærentibus lacedæmoniis responsum fuit uideamus.

Qui spartam antiquam colitis uel mœnia uestra
Aspersis deuicta cadent/uel regis adempti
Herculidis mortem grauiter plangetis amaram.

Hæc certe si qeto tpe cecinisses oibus friuola uisa fuissent/sed terrore factū est ut ignorātia tua lateret. Nō.n.solū uaticinia/uerū ēt aruspicia/& auiū uolatus atq; cantus in talibus solent tpibus facile credi. Cōsiderasti.n.urbe ꝓstrata regē quoq; nō euasurū. Sin aūt rex egrederet᷑ casurū illū nemo dubitasset/& multitudinē hostiū & uirtutem lacedæmoniorum nō ignoraret. Ita fieri posse cōiecisti ut pterriti hostes admiratiq; animos hoium consiliū aggrediēdæ urbis relinquerēt/quā si tñ cæpissent ac diruissent/rex etiā euadere nō poterat. Rege interēpto posse urbē euadere sperasti/ac ideo ita ex ignorantia disiunxisti/ut quoq; res se uerteret ueridicus uidereris. Prætereo multa quoꝝ ambiguitate magnas urbes plerūq; scimus euersas fuisse. Nihil.n.unq̄ hoibus hæc deoꝝ responsa contulerunt/offuerūt uero sæpius alios in alios cupiditate ac spe uictoriæ Apollinis auctoritate concitantia. Sed audiamus quid Lycurgo respondit.

Care ioui magno qui templa ad nostra lycurge
Venisti/care & cunctis dilecteq; diuis
Tene hominem apellem ne deum? sed quando sacrarum
Cura tibi tanta est documenta exquirere legum
Te potius natum cælesti ex stirpe putarim:
Has autem concedo libens cognoscere binas
Prima uias opus est/bina & uestigia uitæ
Humanæ/quarum una fouet lætaq; fouetur
Libertate homines semper contra altera tristi
Seruitio & turpi premit hanc ignauia uecors
Seditioq; parit/pax illam dulcis amorq;
Hanc igitur fugiet/illam sed quisq; sequetur.

Quæris an deus sit/& deū poti9 fore putas/ēt ne coniicies illū ꝓpter uirtutē futuꝝ memoriæ? Leges aūt illi eas cōcedis/quas aniculæ quoq; mediusfidius & mācipia nō ignorāt. Quis.n.uirtute atq; cōcordia ciuitates crescere/cōtrariis libertatē amitti ambigeret Sed doce qūo fortes/qūo cōcordes ciues erūt/nec mortales hoies uelis hæc uider᷑ quæ tu nescias. Nō aūt de rebus publicis atq; grādib9 solū/sed priuatis ēt ac leuiorib9 iutilia dabāt respōsa. Deducēda.n.uxore iterrogatus respondit. Argiuā eligito puellā /de filiis aūt neue labdacides uxor pariet tibi perniciosum/demigratiōne ad aureos migrate uiros/de inani gloria.

Excellit cunctas exculta pelasgica tellus:
Thraces equis præstant/uirtus sed maior eorum
Est hominum/qui pulchre arethusæ e gurgite potant.

Nō uidetis certe o Apollo aruspicibus & augurib9 melior. Multo.n.te Socrates ꝑstantior/q cū ab eo qdā quæreret duceret ne uxorē utrū facies inqt pœnitebit. Illi uero q filios desiderabat dixisse fert᷑ nō recte ipm facere q; de habēdis cogitet liberis/cū potius cogitādū sit qūo si dabunt᷑ debēt gubernari. Ei uero q patriā deserere uolebat qm̄ ifœliciter in ea degeret/ non ꝓba ipm agitare respōdit cōsilia/patriā.n.relinquebat. Sed suā morositatē quæ faciet ut apud alios quoq; nō ꝓspere uiuat secū afferebat. Tu autem o Apollo nō modo uocatus/sed ēt spōte nōnullis cōsuluisti. Nā atheniēsibus nihil petētibus uiginti ante uigintiq; post caniculares dies opaca in domo Dionyso uti medico cōsuluisti/nec præclaꝝ qd sed quod uel mediocriter penitus medicus sciret ꝓtulisti. Q̄d uero seni cuidā si liberos procreare uellet iuniorem ducēdam uxorē respondisti / quilibet id qui naturæ uires ac ætatum considerauit non peius te ipso uideret.

¶Quod malefici uates partem quæstus petebant. Cap.XI.

Vr autem ei sapientissime deorum Charilao ac Archelao lacedæmoniorũ re
c gibus multo utilius fore respondisti/si agri quem bello acquisiuerint mediam Apollini partem attribuerunt cui porro alteri Apollini tribuerent? Non enim tibi petebas/neq; ita ego te impudentem audeo dicere Sint hæc.

¶ Quod poetæ responsis laudabantur quasi diuini. Cap.XII.

Rchilochũ aũt poetã oĩum poetaꝝ petulãtissimũ/q de mulieribus ea scripsit/
a quæ nemo frugi æquo aĩo audiret/& Euripidẽ a socratica philosophia iprobatũ & Homeꝝ/quẽ Plato tanq̃ inutilẽ a ciuitate sua reppulit laudibus ad astra tulisti. Archilochi.n.patri de filio quærenti dixisti ꝑclarus hic iter hoĩes erit o Thelesicles. Similiter fere de Euripide. Nascet̃ tibi filius Mnesarchide optimus atq; gloriosus. Homeꝝ aũt & fœlicissimũ quasi deũ & miserũ quoniã in agẽda uita nõ paruos tulit labores ꝓnũciasti. Quid igit̃ erat quo imortalitatis tibi Archilochus dignus uidebatur? Dic quæso absq; iuidia ut mirabilẽ eius uirtutẽ ẽt nos imitati ad cœlũ similiter conscendamus. An uituperãdas oẽs mulieres putas/quæ nobis nubere nolint ut Archilochus fecit? Sed ꝓpter carmina uidelicet tibi placuit. Dii.n.& uiri diuini carmine utũt̃/nec domus nec ciuitas aliqua nec nationes sine carmine probe gubernant̃. Quare q eũ occidit Archias a tẽplo quasi scelestus exire abs te iussus est/musarũ.n.occidit amicũ. Qua uero uirtute dii Euripidẽ admirati sũt nescio nisi coronas ac plaudẽtia theatra soleãt admirari/an quia publice in arce atheniẽsium cœnaret? an quia macedonũ populi eũ laudabant cœlo dignũ iudicasti? Homeꝝ uero cur deũ / cur fœlicem fore putabas? cui de morte interrogãti respõdisti / patriã quære. Nã hãc mater tibi nõ pr̃ dedit. Sed non ꝑcula Minois tellure insula ẽ/in qua tibi erũt ultima fata/cũ adolescentiũ abditum sermonẽ audies. Graue nãq; o sapiẽtissimi uiroꝝ/deoꝝ uolui dicere/graue inquã ẽ si neq; ubi natus ẽ/neq; ubi moriet̃ sciet Homerus. Simileq; mihi uidet̃ ac si scarabeus uehementia uẽtoꝝ a stercore ubi natus est ad alia stercora latus delphicũ Apollinẽ interrogaret/quonã e stercore natus esset/& in quo deniq; moreret̃. Sed de poetis hactenus.

¶ Quod Athletæ diuinis honoribus auctoritate Apollinis afficiebantur. Cap.XIII.

V uero nõ poetas solũmodo/sed pugiles ẽt atq; athletas in deoꝝ tuis oraculis
t honores cõduxisti. Vtinã cũ mare metiri possis/& harenaꝝ numeꝝ nõ ignores/surdos itelligas/& mutos audias/hæc oĩa nescires & illud probe teneres/qa pugiles a calcitrãtibus nihil differũt. Sic.n.aut asinos quoq; deos putares/aut Diomedem pugilẽ nõ quasi deũ honorares. Vltimus heroum Diomedes quẽ uenerator
s sacris. Cur.n.o græcoꝝ iterpres ut Plato dicit ad cœlũ illũ hoiem rapuisti? An quia uno ictu in olympico certamine aduersariũ deiecit/aptisq; pectoribus eius manu pulmonẽ abstraxit? O rẽ mirabilẽ an quia quatuor talẽtis dãnatis nõ tulit sed mœrore ac ira commotus colũnam qua domus sustentabatur ubi iudicũ filii docebant̃ subtraxit/miseraq; oẽs morte cõfecit? Sed illud forsan admiraris quia in loculũ ꝑsequẽtes fugiens sacrũ igressus tegmen loculi sic apposuit atq; tenuit ut inde non potuerit abstrahi. Ideo ergo deus & nõ mortalis ideo uirtutẽ eius dii admirati in cœlũ ipsum sicut Ganymedem rapuerũt. Sed illũ pulchritudine ꝑsuasi/hũc robore corporis/& qa uiribus bene usus est. Cur nõ ꝗ asinis quoq; bene calcitrantibus ut de pugilibus oracula reddis? Precipuus deoꝝ siluester asinus nõ Diomedes quẽ uenerator sacris. Quippe & Diomedẽ & multos alios si calcibus secũ certaret oĩno superaret/ipsum ẽt pugilẽ thasiũ & baratrũ de cœlo calcibus facile deiiceret. Credamus.n.deo q ẽt thasius ambrosia nectare deoꝝ in cœlo utatur. Nũc demũ intelligo diuinũ quod esse cælestib9 uti. Quod si philosophi oẽs intellexissent omni uirtutis genere spreto Thasiũ pugilẽ imitati fuissent/cui imortalita-

cleomedi

tem quidē ut ~~Diomedi~~ dii nō concesserūt. Sic aūt honorarūt ut cū ænea statua ei⁹ quasi animata sup pulsantē hostē ceciderit: Cūq; Thasii quasi diuinaꝝ reꝝ ignari scelus illud putassent in mareq; statuā iccirco ꝓiecerint dii cōmoti ingēti annonæ penuria eos uexabant: Tu aūt Apollo quasi deoꝝ humanissimus ambiguū ut soles auxiliū eis præbuisti sic dicens. Reductis in patriā exulibus cererē metetis: Thasii uero quasi maiori quæ curæ deoꝝ humanitati exules q̄ statue forēt restituerūt eos in patriā/& nullā utilitatem cōsecuti sūt/donec quidā uidelicet sapiēs pugilis demersam statuā itel'igi ꝑ oraculū exposuerit/q̄ restituta fœcūditas agroꝝ thasiis restituta ē. Simile qd Ioris accidisse ferē /q cū Eutyculē quasi proditiōis cōsciū in carcerem instruxissent & post mortē eius statuas dehonestarunt/fame laborātes oraculū acceperunt ut dehonestatum honorarent si agros nō frustra uellent arare. Non minus igitur athletas dii uidentur diligere q̄ boues saginati ab hominibus diliguntur/quibus sacrificatis tu Apollo placari soles.

¶ Quod etiam titannis Apollo adulabatur. Cap. XIIII.

q Vid autem dicam q crudelissimis etiā tyrannis sic adularis ut summos uiros putare uidearis: Quid.n.ais de Cypselo fœlix hic uir Cypselus æacida. Quo modo aūt si Cypselus fœlix phalaridē cuius ille similis fuit beatū fuisse negabimus/imo uero non uideo qua rōne phalaris ēt tibi ac Ioui placuit. Sic eni ipsi quoque respondisti Apollo Iupiter que pater uitam Phalaridi prorogauit/quia Caritona & Menalippum humanissime tractauit. Nam cum illos insidiantes sibi cæpisset patientiā quā dum torquerentur ostenderunt admiratus dimisit.

¶ Quod ligna & lapides adorandos apollo consulebat. Cap XV.

m Ethymnensibus aūt perutile fore asseruisti si ligneū Dionysi caput colerēt/colunt.n.certe methymnenses ligneū Dionysi caput tibi hortanti ꝑsuasi/alii uero lapideis/alii æneis/nōnulli aureis/multi argēteis simulachris sacrificāt. Triginta deoꝝ milia in terra esse censet Hesiodus. Ego aūt multo plures lapideos atq; ligneos hominum creatores ac dominos esse uideo. Sed tibi o Apollo mirabile uisum est quod ligneum humani capitis simulachrum dum iactum traherent methymnenses extraxerunt/colendūq; illud diuinis honoribus esse respondisti. O rem mirabilem ex profūdo maris ita repente retibus annexū Dionysi caput prosiluit. Hæc Oenomans.

¶ Eusebii Pamphili Liber sextus.

Vnc in hoc sexto euangelicæ præparationis uolumine falsitatē oraculorum a falsa de fatis opinione profluxisse/neq; aliunde q̄ cælestium motu corporum diuinationem illorum coniectura collectam fuisse ostendemus.

¶ Quod quæcūq; dii gentium præuidebant cælestium motu præuidebant. Cap. I.

a Dsit ergo rursus magnus apud gentes Porphyrius / q̄ in libro de oraculis māifeste hoc his uerbis apit. Quæcūq; inquit dii fatata prædicunt stellarum motu ita futura significant / quod omnes & maxime Apollo multis responsis aperuit. Cū.n.ab eo quæreret marē ne an fœminam in utero habens mulier pareret/fœminam respondit/idq; a cōceptionis tpe ꝑcepisse declarat dicens/non sperato marem phœbe cum arares cypriæ radiis tenebatur. Aegrotationes etiam stellarum cursu prædicabant. Malis enim pulmonē agitari humoribus respondit/quia salebris Saturnus premeretur/& in alio respōso/fatat⁹ tibi adest dies quē

Saturnus mauorsq; simul statuerunt. His abunde intellectum puto non diuina quadã uirtute sed cælestium motus obseruatione ac ratione mathematica gentium deos futura cognouisse. Ita nihil diuinius q̃ homines afferebant.

¶ Quod uoluntates hominum fatis agi arbitrabantur liberum negantes arbitrium idq; deorum consiliis persuasi. Cap. II.

q Vare modo attente considera/q; non solum exteriora/& quæ in potestate nostra non sunt/uerũ ẽt uoluntates hominum fatatas arbitrabantur. Sic.n. ipse Apollo cum de milite quodam interrogatus eẽt quare tam periculosæ rei studeret respondit dicens. Mars eum genethliacus concitat/adeo aũt generosi quidem illi dii fatatum extulerunt ut nec templa sua defendere se posse a fulminibus confiterentur Qua igitur spe uota illis redduntur? aut cur pie colendi adorandiq; sunt/qui sibiipis suf ficere nequeunt? Quæ omnia oraculo suo his uerbis edito apollo confirmauit.

Vos ab ericthonii generati sanguine magni
Qui quando structura cadet pulcherrima templi.
Percupidi scire hæc oracula nostra petistis
Cum ualidi magno uenti cum frigore surgent
Compressus cum fulminibus ruet undiq; crebris
Exilietq; æther/quæ templa excelsa deorum
Sub mediisq; undis naues multasq; cremabunt
Atq; altos ferient montes/ipsosq; fugabunt
Pastores trepidos/spelæaq; poscere cogent
Tunc quoq; terrifico percussum hoc fulmine templum
Ardebit/sic stat fatorum immobilis ordo
Ferre autem longe præstat quodcunq; seueræ
Et fixa & stabili statuerunt longe sorores.
Esse etenim certum stabile inuiolabile semper
Quicquid nent fusis parcæ rex iussit olympi.

Si ergo nec templa sua defendere dii possunt/sed uenire necesse est quæ parcarum fusis sunt euoluta/quid oportet deos aut colere/aut de futuris interrogare/si tam bonorum q̃ contrariorum causa necessitas erit fatalis? Erit igitur hæc necessitas diis omnibus spretis sola ueneranda/q; si parcarum dominus iupiter est/qui quodcunq; fusis parcæ conuoluent immobile fore statuit/cur non cæteris omnibus relictis solum illum deum & solum bonorum largitorem magna prædicas uoce? præsertim cum ipe solus cõsilia parcarum ut alibi dicis mutare facile possit. Vera igitur ratio illum esse deum/illum sequẽdum atq; colendum solummodo astruit.

¶ Quod facta magica ui solui posse Apollo respondit. Cap. III.

c Ontra uero Pithius Apollo maleficis artibus fata solui contendit. Cum enim quæreret quidam cur ineptus ad rem quampiam ab Apolline iudicatus esset quid faciendum esset/ut quasi aptus susceperetur/fatorum impediri ui cum respondit/quam magicis artibus effugere poterat: Vnde aperte patet magicam diuinatꝰ artem hominibus concessam ut aliquo modo fatum reppellerent. Hæc Porphyrii nõ mea sunt/qui autem re magica fata hominibus soluenda consuluit quomodo ipse qui deus est fatatum templi non reppulit incendium? Nobis autem illud etiam considerandum est q dignus dei appellatione ille sit qui non ad philosophiam / sed ad malas artes homines hortatur.

¶ Quod Apollo nonnunq̃ mentiri se fatebatur. Cap. IIII.

his paucis patet temere suscæptã a multis opinionẽ fato/quare aũt cum illud considere
mus sint in signa luminaria in hunc sermonẽ incidimus nũc explicemus. Qui uerã ali-
cuius scientiã ab aliis acceperũt aut ab his qui interfuerũt passiq; sunt/aut ab his qui ui
derunt/aut ab his qui nullomõ ĩterfuerũt/sed auditu didicerũt docent. Si ergo ab alio
quis audit factũ esse aut futurũ aliquid/cuius tñ ille nec fuit nec erit cã/si hic iccirco qm̃
ab illo didicerit cãm ipsius fuisse illum uel futurũ esse arbitratur/nõ parũ ꝓfecto errat/
ueluti si quis prophetæ librũ euoluat in quo de proditiõe Iudæ scribitur/ & cũ iam pa-
ratã rẽ uideat qm̃ a libro futurũ id didicit librũ cãm putet/aut si non librũ ipm auctorẽ
libri uel hũc quidẽ minime sed deũ qui inspirauit. Nã quẽadmodũ ꝓphetiæ de Iuda di
ligentius uerba examinata nõ fuisse deũ cãm ꝓditiõis ostẽdunt/sed solũ significasse qđ
prouiderat ex malignitate illius futurũ. Sic si qs altius uoluerit præsciẽtiæ dei uniuersa-
liter rationẽ scrutari/& ꝙ in quibusdã futura nõ impressit/nec eũ qui præsciuit oium ꝗ
præsciuit/nec eas res quibus præscita ĩpressa sunt cãm esse profecto ĩtelliget. Deum igi
tur oia futura præscire q̃q̃ etiam p cõmunem de deo cõcæptũ clarissimũ sit/tñ & a scri-
ptura nonnihil afferamus Susanam ergo audiamus dicentẽ. Deus æterne qui abscõdi-
torum es cognitor qui nosti oia anteꝗ fiant/tu scis ꝙ falsũ testimoniũ tulerũt aduersũ
me. Dilucide aũt in tertio regnũ non solũ res gestæ/sed ipsum quoq; nomẽ regis com
plures annos prophetice sic cõscribuntur. Et cõstituit Hieroboam diẽ solẽnem in mẽ-
se octauo quintodecimo die mensis in similitudinẽ solẽnitatis quæ celebrabat in terra
Iudæ & ascẽdit in altare quod erat in bethel ut ĩmolaret uitulis quos fabricatus fuerat.
Et post pauca & ecce uir dei uenit de Iuda in sermõe domini in bethel Hieroboam stã
te sup altare & thus iaciente/& exclamauit cõtra altare in sermõe dñi & ait. Altare alta-
re hæc dicit dñs. ecce filius nascetur domui. Dauid Iosias noie/& immolabit in te sacer
dotes excelsorũ/qui nũc in te thura succedũt/& ossa hoium incẽdet super te/deditq; in
die illa signũ dicẽs hoc erit signũ quod locutus est dñs. Ecce altare scindet/& effundet
pinguedo quæ in eo est. Deinde significatur repente altare scissum ac effusam pingue-
dinẽ fuisse secũdũ signũ quod homo dei dederat in uerbo dñi/apud Esaiã aũt qui mul
to ante captiuitatis tempora fuerat noiatim de Cyrro mẽtio fit/qui captiuitati finem at
tulit. Hæc dicit dñs deus Christo meo Cyrro/cuius appræhendi dexterã ut subiiciã an
te faciẽ eius gẽtes & uires regũ fundã/aperiã ante eum ianuas & urbes nõ claudentur.
Ego ante ibo & motites humiliabo/portas æreas conterram/& uectes ferreos confrin
gam/& dabo tibi thesauros abscõditos/ut scias quia ego dñs qui uoco nomẽ tuũ deus
Israel propter seruũ meũ Iacob & Israel electũ meũ/quib9 dilucide significat propter
beneficia quæ populo cõtulit multarũ sibi gentiũ regna diuinitus fuisse cõcessa. Apud
Danielem quoq; Nabuchodonosor per imaginẽ futura regna cõspexit. Aurũ nanq; as
syriorum argentũ parsarũ æs macedonũ ferrũ Romanorũ imperiũ prætẽdebat. In eo
dem propheta de Dario ac Alexandro & de quattuor Alexandri successoribus/de Pro
lemæo quoq; rege ægyptii q cognominatus est Lagus his uerbis scribit. Ecce autẽ hir Ptolemeus Lagus.
cus caprarũ ueniebat ab occidente super faciẽ totius terræ/& habebat cornu inter ocu
los suos/& euenit usq; ad arietem illũ cornutũ quẽ uiderã stãtem corã Vbal/& cucur
rit ad eum in ĩpetu fortitudinis suæ/cũq; apropinquasset prope arietẽ efferat9 est in eũ
& percussit arietẽ/& cõtriuit duo cornua eius/nec poterat aries resistere ei/ cũq; misis-
set eum in terrã conculcauit/& nemo quibat liberare arietẽ de manu eius: Hircus aũt
caprarum magnus factus est nimis/cumq; creuisset factum est cornu eius/& orta sũt
quattuor cornua subter illud per quattuor uentos cæli: De uno autem ex his egressum
est cornu unum/& factum est magnum contra meridiem. De Christo uero etiam mi-

nutissima pdicta fuisse nõ ignoramus/locũ ubi natus ubi educatus est recessum in egyptum/miracula etiã quæ fecit/& quomodo Iudas eũ tradidit. Hæc enim oia argumento sunt deũ ab æterno cuncta præscire. Ipse quoq; saluator euersionẽ hierosymorũ pdixit. Quorsum hæc ut facilius enodare possimus quomodo stellæ in signa factæ sũt. Sic igitur sitas esse in cælo stellas nõ ignoramus/ut & cõtrario motu quin uniuersũ & alias tardius alias uelocius ferant. ut hoc modo per uarios earũ aspectus atq; cõiunctiones tam uniuersa q̃ singula nõ quidẽ hoies (excedit enim oino exquisitissima motus stellarũ ratio mentẽ hominũ) sed uirtutes quibus ut postea ostẽdemus hæc scire necesse est pcipiant. Cum autẽ hoies aut quibusdã obseruatiõibus/aut aliquorũ spirituũ & doctrina qui ordinẽ suũ trãsgressi multa hominibus suggesserũt/nõnulla stellarũ motu confusius præuiderint putarũt eas a qbus capiunt causas earũ esse rerũ quas non efficiunt sed significant de quibus oibus breuiter ac exquisite secundum uires nostras dicemus: Proponãtur igitur hæc ordine cõsiderãda/quo pacto cũ a sæculo futura deus oia præsciat libero nos arbitrio fruamur/& quõ stellæ nõ sunt humanarũ rerũ causa/sed solũmodo signa/& quod hoies exactam de his cognitionẽ habere nequeant/sed uirtutib9 quæ superiore hoie sunt hæc signa diuinitus depicta sunt. Postremo quænam cã fuerit ut deus signa fututorũ ad cognitionẽ uirtutũ expresserit. Primum igitur aggrediamur quod gentiliũ sapiẽtes in magnos intrusit errores. Cũ.n. præscire deũ uniuersa minime negarent/necessario nos agere quicqd agimus crediderũt: Nã si ab æterno inquiunt iniustum aliquid futurũ deus præuidit nec sciẽtia diuinã falli potest erit oino ille iniust9/ nec possibile est iniustũ eũ nõ fore cũ nõ possit aliter agere q̃ deus præsciat/ex quo ad sequẽtia ẽt nõnulli descendẽtes frustra culpari iniustos cõtendũt/similiterq; de cæteris delictis & de uirtutibus opinãtur. Vnde sequitur liberã non esse hois uoluntatẽ si deus frustra præsciat/aduersus quos dicẽdũ q̃ oia deus ab æterno uideat antecedẽtia sequẽtia causas rerũ atq; effectus. Nec tñ oium ipse causa est/nã queãdmodũ si quis temeritatem hois alicuius perspexerit quia ignorantẽ eum cognouerit/& propter temeritatẽ eius nõ dubitet periculosa eũ ac lubrica aggressum itinera in quibus lapsus misere iacebit nõ efficit hũc ipse temerariũ illi homini lapsum/sic deus cum uniuscuiusq; uoluntatem præuideat hunc perperã illum recte acturũ nõ ignorat. Nõ præcognitio futurorũ causa/nec.n. ullo pacto ad peccandũ deus queq̃ impellit aut mouet/sed ecõtra (dicam enim etiã si absurdũ multis forsan uideatur id quod futurũ est causa est ut deus euẽturum illud præuideat/non ergo ideo fit quia præscitur/sed quia futurum erat præscitur. Distinctiõe autẽ hæc res indiget. Nam si quis quãdo futurũ aliquid dicimus sic accipit quasi necesse sit oino fore minime id ei dabim9. Nõ enim dicimus quia proditor Iudas præsciebatur/necesse fuisse ipsum prodere. Si sic enim esset nõ uituperaretur ab his qui proditurũ præuiderũt/uituperatur autẽ nimiũ quoniã potuisset ẽt prodere. Audi quid propheta de ipso dicit/nec sit qui misereatur pupillis eius pro eo q̃ nõ est recordatus facere misericordiam & persecutus est hominem inopem & mendicum & cõpunctũ corde mortificare/& dilexit maledictionẽ & uenit ei/ noluit benedictionem & elongabitur ab eo. Si quis autem ita futurum accipit quasi euenturum sit/posset autem etiam aliter fieri / hoc ipsum est quod dicimus/præscientiam.n. dei ueram nõ esse impossibile simpliciter est. Quæ ero cõtingẽtia sunt/quæq; accidere & nõ accidere possunt/ea uel euentura uel nõ euẽtura deus certe præuidit. Sed liquidus forsan hoc modo dicetur si cõtinget Iudam prodere præsciuit hoc deus/si nõ continget similiter deus præsciuit/cũ ergo duo hæc contingentia sint/& potestas in Iuda sit/deus præsciẽtia sua præuidit qd a Iuda eligetur nec præscientia dei ex cõtingenti necessaria fiet proditio. Si enim pona-

mus deũ secum loqui possibile est Iudam proditorẽ fore. Sed contrarium quoq; possibile est/quis ergo cõtingens utrũq; sit/ego tamẽ uideo proditurũ. Non enim similiter istud accipiendum est/quẽadmodũ si diceres prævidere deum hunc hominẽ nunq̃ uolaturum/nulla enim uolandi potentia inest hoi/sed delinguẽdi & nõ delinquẽdi potentia inest. Cum ergo utrũq; possibile sit/qui rõni obtemperat is peiora sequitur. Qui uero rõne cuncta iccirco inquirit ut rationi parcat/is uirtuti adheret. Ille uoluptate delinitus nihil de honestate curat/hic cõmuni cõceptioni persuasus rationẽ anteponit. Sic alter uoluptati resistere nõ potest qui laborẽ sufferre nollit/alter spernit atq; repellit uoluptatẽ omnẽ/quia dedecus eius formidat. Quod uero præsciẽtia dei nullã necessitatem nobis imponit/inde quoq; affirmari potest quia sæpius in scriptura pœnitẽtiã per prophetas mandasse inuenitur/nec cognouisse simulatur utrũ cõuerterẽtur delinquentes an nõ/ut apud Hieremiã scribitur/Forsan audient & agent pœnitẽtiam/sed æqualiter utrunq; a dictis esse ostẽdit ne præsciẽtia sua palã facta audientes deiiciat quasi necessario aliquit eorũ futurum/sit nec in delinquẽtibus cõuerti & nõ cõuerti potestas insit/& hæc res peccandi causa foret & ecõtra si cõuersionẽ eorum oĩno futurã prædixisset huiuscemodi prædictio dissolutiõis cã fuisset/faceretq; ne uiriliter in uoluptate isurgerẽt/quasi emendatio uelint nolintue futura sit: Sic.n.prædicto ipedimento futuri boni esse uidetur. Cum igitur putiliter deus mundũ gubernet merito futura cælauit: quorum cognitio minime hoĩbus cõducit. Si.n.malos futuros se præuiderent desperatiõe sui bonos dissolutione ac eneruatiõe distraherẽtur. Cuius rei gratia dictum esse in exodo arbitror quis fecit surdastrũ & surdũ & uidentẽ ac cæcũ/an nõ ego dñs deus? Eũdẽ.n.cæcũ atq; uidentẽ fecit alterũ ad præsentia alteꝝ ad futura. De surdastro uero ac surdo dicere alienũ ab hoc proposito est. Nõ aũt ambiguimus ea quæ in nobis nõ sunt causam esse interdũ eoꝝ quæ in nobis sunt. Facimus.n.aliqua plerũq; libenter aut nõ facimus quia nõnulla quæ uolũtatis humanæ nõ sunt ꝑcesserũt. Si uero quispiã absolutam esse nostrã uoluntatẽ putat ut nulla re præcedẽte uoluntas nostra hoc aut illud amplectatur/is mundi se particulã esse cõtineriq; ab uniuerso oblitus est. Sed de præsciẽtia diuina ꝙ nullã necessitatẽ agẽdi hoib9 afferat breuiter ita dictũ sit. Nũc ostẽdam9 nihil humanarũ rerũ a stellis effici/sed tantũmodo significari. Primũ igitur illud patet si quid a stellarũ sextili ponamus aspectu qui hodie fiat efficeret/nullo posse illud pacto ꝑteritũ esse/prius.n.efficiẽs effectu est. Nõ ignoramus ãt eos qui hanc sciẽtiã ꝓfitent multa præterita hodierna stellaꝝ ꝓpositiõe prædicere. Nam cũ positionẽ Zodiaci diligenter in duodenas sedes diuiserint/gradusq; ac minuta singulis cõuenientia domibus ꝓspexerint/ac erraticas stellas cæteraq; ut solent apte collocauerint/& ortus atq; occasus aspectus & cõiunctiões cõsiderauerint nõ solũ futura uerum ẽt ea quæ natiuitatem hois & cõcœptiõem præcesserunt dicere conãtur. Patris.n.fortunas & corporis eius ꝓsperas aut ecõtra dispositiões similiter matris atq; fratrum ab hodierna positiõe percipi posse putant. Verum de gradibus domoꝝ aliisq; huiusmodi postea dicemus. Nunc quasi exquisitissime oĩa possint inuenire interrogẽtur/si res humanas necessitate agi stellarum putatis quomodo talis hodiernus aspectus ea quæ præcesserũt potuit efficere? Quod si hoc ĩpossibile simpliciter est/inuenitur autẽ uere dixisse astrologus de præteritis/patet nõ a stellis illud effectum fuisse. Si quis igitur nõ nihil ueri eã rẽ putat cõtinere certe necesse est ut cõcedat nõ fecisse id stellas/sed solummodo significasse. Quod si quispiã obiiciet præterita quidẽ significari/futura uero a stellis effici differentiã ostẽdat causam discriminis afferat. Quare que ad patrem matrẽ fratresq; ꝑtinẽt præteritaque sunt hæc positio significat/futura uero quasi efficiens causa producit. Sed nullam huius rei cau-

sam afferre unq̄ uerisimilē poterūt. Quare nisi ꝑtinaces sint nihil humanarū rerū a stel lis effici sed forsan significari cōcedent/tanq̄ si nō a stellis tam præterita q̄ futura/sed ab ipso deo ꝑ propheticam orationē quādā quispiā ꝑciperet. Nā quemadmodū potestas humana ut diximus minime tollitur q̄uis deus quæcunq; facturi sumus præuideat/sic etiā signa quæ ad significandū diuinitus ordinata sunt libertati nostræ nequaq̄ officiūt sed est uniuersum cælū quasi liber quidā apertus omnia futura in se cōscripta cōtinens. Iccirco in oratione Ioseph quod a Iacob dicitur sic itelligi potest. Legi.n.inquit in tabu lis cæli quecūq; cōtingēt uobis & filiis uestris. Forsan āt etiā illud cōplicabunt᷑ cæli/ut liber siguificatiuas futurorū rationes cōsumatas & ut ita dixerim adimpletas fore ostē dit/sicut prophetias ēt adimpletas dicimus/cum iam euenerint hoc modo insigna secū dū scripturæ uocē stellas factas arbitramur. Hieremias aūt ut hoies ad se ipsum cōuer tat/utq; formidinē quæ a signis impendet auferat/ac ut oēm forsan huiusmodi opinio- nē ab hoīum animo eiiciat. A signis inquit cæli nō timeatis. Sed rursus alia rōne nō effi cientes stellas esse ostēdamus. Concedētes igitur interim posse ab hoibus hāc scientiā cōpræhēdi quærimus quō a multis natiuitatibus candē rē contineri cōtendūt. Nam si patibulo moriturū aliquē dixerint nō natiuitate sua id solūmodo/uerū ēt fratrū filiorū aliorūq; attinentiū/imo uero ēt interfectorum posse intelligi credūt. Stultum mihi cer te uidetur in unaquaq; tam multarū natiuitatū mortē unius esse cōtentā. Nescio autem quomodo respondere poterūt si quis eos interroget. In una ne uniuersi positiōe iudæi oēs in lucē eduntur/ut necesse sit in octauo die oēs circūcidi/& statim in hāc uitam in- gressi male uulneribus affecti medico egeant? Ismaelitas aūt qui in arabia degūt trede- cēnes cunctos circuncidi? Ita enim de ipsis traditū est/quomodo.n.hæc in quibusdam gentibus stellæ perpetuo faciunt/in quibusdam nunquā/& nulla profecto ratio uerisi- milis ut mihi quidem uidetur afferri potest. Verum cū multæ prouidēdi uiæ ab homi nibus excogitatæ sint ut augurium aruspicium somnioꝝ interpretatio/nescio cur alias omnes uias significare tātum genethlialogiā uero efficere putarūt: Si.n.futura cogno sci possunt ut hoc sibi gratis cōcedamus. fiūt aūt inde unde cognoscunt᷑. Quare a stel lis potius quā ab extis aut auibus aut somniis aut fulguribus & tonitruis ꝓducuntur? His satis demonstratū esse puto stellas nō esse causas humanarū rerū. In præsentiarū ꝑ scrutemur an uerū sit exq̄site loca stellarū & domorū posse ab hoib9 inueniri. qd̄ supi9 (nihil.n.oberat) dedimus. Afferunt igitur Genethlialogici planetarū loco exactissime inueniēda/ut & gradus & minuta & minutorū minuta nō ignorent᷑/similiter nō signū solūmodo/uerū etiā gradū & gradus minuta primæ domus quam ascendentem appel lant recte teneri oportere. Quomodo igitur cum una hora largo modo mediam signi occupet partem ascendentis minutū inuenies/cum tam minutā diuisionē temporis ha bere nequeas? Opus enim esset scire quota hora & minutis minutorūq; minutis ex ute ro puer effusus sit. Alia.n.atq; alia posse significari uolunt minimo tp̄is discrimine habi to. In piscibus uero atq; ariete per obliquā istorum ascensionem signorum (hora.n.& tertia horæ parte ascēdere pene uidentur) minimā temporis ꝑtem magnā mutationē facere nō ignoramus/ut uel uigesima hora unius pars gradum ascendētis imutet. Sed hoc etiam eis concedatur. Demonstratū aūt esse scimus queādmodū erraticæ ab occa- su ad ortum feruntur/sic & fixas centū annis uno gradu moueri/& in hoc spacio tem- poris positionem signorum mutari/cum aliud sit itelligibile illud signū aliud quod qua si figura quædam est. At nō ad figuram se ad intelligibile aiunt omnia signum esse refe- renda/quod nescio quomodo compræhendere queant. Sed hoc etiā sibi cōdonemus/ ut aut intelligibile signum compræhendere/aut a sensibili ueritas haberi possit. Que

Quæ aũt cõmixtione compoſitione ac cũ temperie diuerſoꝝ aſpectu uim fieri aſſerũt profecto cõcedent nullo modo ſciri poſſe. Quomodo n. quãtum diminuat᷑ a læſione maligni ꝓpter inſpectionẽ benigni percipies? Et utrũ auferat malign9 quod a benigno cõceditur qm̃ locũ eius aſpexerit aut mutet aut iminuat/aut mixtura quædam inde fiat quis percipiet? Quæ oĩa ſi qs altius inſpiciat facile credat nõ poſſe iſta humano igenio penitus pcipi. Vnde ſi qs haꝝ reꝝ periculũ fecerit uidebit in pluribus errare q̃ ueritatẽ cõſequi genethlialogicos. Quãobrẽ Eſaias ẽt quaſi hæc oĩbus ĩpoſſibilia ſint ad filiam chaldeoꝝ q maxime iſta profitent᷑ ait: Adſint & ſaluã te faciãt aſtrologi cœli annũcient tibi qd tibi accidat: His. n. uerbis docemur uel diligẽtiſſimos ĩ hac re chaldæos nõ poſſe prædicere quæ uelit unicuiq; gẽti deus attribuere. Hæc Origenes. Demõſtratũ iã ẽe puto/nec deos/nec bonos dæmonas gentiliũ deos eſſe. Sed ecõtra ſeductores quoſdã atq; maleficos nulli magis rei ſtudẽtes q̃ ueritatis euerſiõi. Ita cũ magnos in genere hominũ errores pſpexerũt/fatoꝝ ẽt neceſſitate falſa oẽs pene gẽtes deceperũt/a qb9 erroribus nemo a ſæculo q̃ dominus & ſaluator nr̃ Ieſus xp̃s liberauit. Quæ oĩa iccirco in hac euãgelica p̄paratione priora collocamus/ut rebus ipſis uideas qua fraude maiores noſtri opprimebant᷑/& unde nos p ſolam euangelii doctrinam emerſimus.

¶ Euſebii Pamphili Liber ſeptimus.

¶ Repetitio gentilium theologiæ. Cap. I.

His ergo ita dictis atq; diſpoſitis iã tp̃s eſt de philoſophia hebræorum ac pietate uitæq; moribus diſſerere. Nã quoniã falſam religionẽ gentiũ nõ abſq; rõne ſpreuiſſe iã demõſtrauimus/reddẽda modo ratio eſt/quare ſapientiã hebraicæ ſcripturæ delegim9 Quod aũt nulla ſit culpa a barbaris ueritatem uelle cognoſcere alio tp̃e oẽm philoſophiã oẽmq; diſciplinã a barbaris græcos accepiſſe oſtẽdemus. Nũc uero aperire ꝓpoſuimus ab hebræis ſolũmodo ueræ pietatis fundamẽta iacta fuiſſe. Cæteri. n. hoĩes cæteræq; gẽtes uniuerſæ p̄ter hebræos nihil fere ĩmortalitate animi ſentientes/nec aliquid p̄ter hæc uiſibilia cogitãtes corpoꝝ uoluptate fœlicitatẽ terminarunt/adeo ut quaſi maxima deoꝝ uoluptas ab eis coleret᷑/ac ꝓpter uoluptatẽ uitã optabilẽ ducerent. Quare alii ſolẽ & lunã & reliquas ſtellas a qbus hanc uitã dari putabãt. Alii terræ fruges & reliquas mũdi partes unde nõ paruã ſe uoluptatẽ capere uidebãt deos & auctores oĩum reꝝ eſſe prædicarũt. Alii nõ ueriti ſunt titillationẽ ſenſuũ cupidinẽ & uenerẽ nõ ſibi ſolum/uerũ ẽt cæteris diis propoſuiſſe. Alii principes ac tyrãnos qui eis uoluptati fuerũt & uiuos adorarũt/& poſt mortẽ in cœlũ aſcẽdiſſe crediderũt. Alii malignos quoſdã ſpiritus qui cupiditates eoꝝ incẽdebãt & culti uoluptatibus explebant uenerati ſunt. Alii huius religionis falſitatẽ perſpiciẽtes non eſſe deos oĩno arbitrati ſunt. Alii multo impudentius cæteris ſummũ bonoꝝ oĩum ſummãq; beatitudinẽ ipſam uoluptatẽ eſſe crediderũt/cui quaſi ſupremæ deæ ſeruire perpetuo nõ erubeſcebãt. Nam & eorũ mulieres ut facer apoſtolus dicit mutarũt naturalẽ fœminæ uſum in eũ qui eſt p̄ter naturã. Mares aũt ẽt ſimiliter ſpreto naturali uſu alter in alteꝝ exarſerunt/maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes/& erroris eoꝝ mercedẽ in ſe ipſis capiẽtes. Ita græci ſimul & barbari docti omnes atq; indocti laudibus & hymnis tam in deoꝝ ſolẽnitatibus q̃ in publicis ſpectaculis uoluptatẽ efferebant. Fornicatiõis. n. uitium eſt idolorum exquiſitio. Tãto

enim errore implicitá mala malis addebãt. In nefandis nuptiis parẽtes cũ liberis ac mares cũ maribus sceleratissime uitã trahẽtes/ac ipas immanes bestias turpitudinis cumulo lõge superãtes. Q uæ oĩa a philosophis & historicis suis cõfirmata sunt.

¶ Q uod solum hebræorum genus ueram sequebatur pietatem. Cap. II.

Solum aũt hebræoꝝ genus inter tot tantasq; errores ab uno uoluptatis collo tanq̃ hydra in diuersa capita ꝓfusos uerã pietatẽ secutũ ẽ. Hebræi.n.soli pia sãctaq; cõsideratione primũ elemẽta & quæ ab elemẽtis cõposita sunt solẽ similiter & lunã & cæteras stellas & cœlũ ipsum nõ solũ deos nõ esse/uerũ ẽt aĩæ penitus expertia iudicarũt. Deinde qm̃ neq; a lapidibus casu unq̃ sine artifice domus ædificari /ne pannus absq; texente fieri/nec nauis sine gubernatore nauigare põt/cũ aĩalibus rõnalibus atq; irrõnalibus & substantiis aĩaris atq; inanimatis plenũ hunc mundũ uiderent/ non sapientia dei hæc oĩa facta putãtes a magnitudine atq; pulchritudine creaturarum puritate mẽtis creatorẽ oĩum immortalẽ ipsum atq; inuisibilẽ cognouerũt. Cũ aũt non contẽnendã totius partẽ hoĩem esse uiderent partẽ eius præcipuã aĩam uidelicet uerũ hoĩem corpus uero quasi hoĩs indumentũ esse affirmarunt. Q uare maiorẽ curã cultui aĩæ afferre nõ dubitarũt creatori hoc deo placere arbitrantes qui a genere hoĩum non corporis robore sed animi rõne oĩa quæ in terris sũt gubernari constituit. His fũdamẽtis iactis corpus quidẽ & quæ corporis suauia sũt nõ maioris q̃ reliqua pecora fecerũt. Aĩum aũt qui rõnalis atq; intellectiuus est/quiq; ad similitudinẽ dei creatus est summo studio excoluerũt/nec quicq̃ uerũ bonũ præter bonoꝝ oĩum largitorẽ deum credẽtes extremũ finem summãq; beatitudinẽ in cognitione atq; coniũctiõe dei posuerũt/qui solus humanæ uitæ rerũq; oĩum causa est. Q uare illũ solũ deũ cognoscere/illi se soli uitæ puritate cõiũgere studuerũt/ac pietate ueraq; in deũ religione altissimi sacerdotes gen9 electum atq; regiũ/& gens sancta aliisq; similibus appellationibus digni uisi sunt. Cur igitur repræhẽdendi nos sumus/qui hæc græcoꝝ ægyptiorũ phœnicũ cæterarũq; gentiũ nugis ꝑposuimus? In tantũ aũt uirtutis multi ex genere ipsoꝝ peruenerũt/ut angelorũ uisione diuinisq; oraculis nõ syllogismis neq; cõiecturis instituerent/ut quæ futura erãt plærũq; gratia dei repleti quasi p̃ñtia uiderent. Hæc anteq̃ græcoꝝ nomen esset imo uero ẽt ante Moysem & ante Iudæorum genus priscis hebræis innotuerunt. Post enim Moysem a Iuda iudæi appellati sunt. Hebræi uero ab hebere/a quo Habraã originẽ traxit multis ante Moysem sæculis absq; lege aliqua scripta pie sanctẽq; uiuebant/ absq; doctrina legũ oraculis ueritatẽ diuinis & mẽtis acumine magnitudineq; animi cõsecuti. Primus uero apud eos eximius ille theologus Moyses scripta reliq̃d/qui diuinit9 anteq̃ leges poneret maioꝝ uitas animis hoĩum ipressit. Ita bonoꝝ p̃miis & impiorum suppliciis ad amplexandã uirtutẽ & fugiẽdã impietatẽ exhortatus leges tandẽ in mediũ proposuit. Iudicauit ẽt ne forte difficilima legis p̃cepta iudæi ducerẽt atq; ab illis resilierent priscorũ exẽpla esse proponenda/ut oĩbus pateret absq; legum mandatis sola rõne nixos optime maiores iudæoꝝ uixisse/atq; ideo non esse sibi difficile uitas illoꝝ imitari/ si paria diuinitus consequi præmia desiderarent.

¶ Compendiose nonnullorum hebræorum uitæ narrantur. Cap. III.

Non est aũt ab re compẽdio uitas illoꝝ a mosaica scriptura exceptas ꝑcurrere. Nam queãdmodũ ab ægyptiis ægyptiam a phœnicibus phœniciã theologiã & a græcis græcã/sic & ea quæ ab hebræis dicũtur ab illis ipsi petẽda sunt. Nõ .n.aliũde q̃ a philosophis opiniões philosophoꝝ narrant nec medicina ab aliis q̃ a medicis perdiscenda est/ut igit hebræoꝝ scriptura docet ante diluuiũ post primam originem hoĩum multi iusti deoq; amici hoĩes fuerũt/quoꝝ primus nomẽ dñi dei sperauit

inuocare/quibus uerbis ostenditur q̄ nihil aliud ille q̄ creatorē dn̄m & deum secut9 fu it quem credebat non solū uirtute sua a non simpliciter ante cūcta ꝓduxisse/uerū etiam tanq̄ magnæ ciuitatis dn̄m uniuersa regere atq; gubernare atq; ideo cæteris oībus contemptis sperauit inuocare nomē dn̄i dei. His duabus appellationibus creatoris atq; gubernatoris totius uirtutē amplexus. Quare primus homo uerus apud hebræos cōscribitur. Enos.n. uocatus est quod latine uerus homo interpretatur. Neminem.n. putant uerum esse hominem p̄ter eū qui uerum deū & cognoscit & pie colit/alios uero nihil a pecoribus differre arbitrant̄/quia uidelicet ueluti bestiæ ad terram proni uentri & ueneri obediāt/quoꝝ alios lupos/alios canes/alios porcos/alios serpētes uaria quadā uitiorum similitudine scriptura iudæoꝝ appellare consueuit. Quēadmodum si quādo cōmuniter genus hoīum appellandū est cōmodissima similiter uoce appellatione Adam significauit quo noīe a terra natus designatur. Primus igitur iustoꝝ Enos qui prim9 nomē dn̄i dei sperauit inuocare/& certe semper atq; continue domini dei nomen inuocare/id profecto est sūma extremaq; beatitudo. Illum nos mirū non fallaces gentiliū heroas imitandū arbitrantes optamus/illud nobis auxilio saluatoris nostri contingere ut nomen eius firma spe ꝑpetuoq; inuocare queamus. Post istū quidam alius ambulabat cum deo & nō inueniebat̄/qa ꝓpter uirtutē eius transposuit eū deus. Is certe ꝑfectus homo in deo est qui ꝑiculosa multorū colloquia fugit. Si.n. forum curiā theatraq; aliquis sequitur in ipso malignitatis profundo submergit̄. Is aūt hoībus inuisibilis est neq; ab ipsis facile inuenitur/qui deo charitate coniūctus ab eo solo cognoscitur/hūc hebræi Enoch appellant/quod nomē latine grām dei significat/cuius solius mutationem diuinitus mihi concedi magis opto q̄ oīum simul qui uirtutis cultores apud gētes narrant̄ fuisse. Tertius uir iustitia eximius in sæculo suo Noe fuisse perhibet̄/cuius quāta fuit uirtus & pietas hinc cognoscitur/nefanda malignitas uniuersum genus hoīm/tūc occupauit. Nā & gigantes illi qui ꝑ ora oīum uolitant impiis factis quod adhucusq; p̄dicatur deo pugnā.i. uirtuti & pietati non erubuerūt inferre. Et qui eos produxerūt siue immortales quidam siue mortales maleficia quædam artificia & magicam prauitatē primi excogitasse dicūtur. Quas ob res cum deus eodē omnes diluuio perdere statuerit unus cum suis in illo gēnere hominū Noe iustus repertus est qui omnibus ui aquarum submersis cum filiis suis simul ac nuribus mirabili quodam modo quasi semē humani generis cōseruatus est/quē utinam quasi uiuam quandam imaginem imitari nobis cōtingat/& hi quidem ante diluuium fuerūt post diluuium autem alii quorū unus altissimi dei sacerdos iustitiæ ac pietatis miraculo rex iustus lingua hebræoꝝ appellat9 est/apud quos nec circūcisionis nec mosaicæ legis ulla mētio erat. Quare nec iudæos (posteris enim hoc nomē fuit) neq; gentiles/quoniam nō ut gentes pluralitatem deorum inducebāt/sed hebræos proprie nominamus aut ab Hebere ut dictū est/aut quia id nomen transitiuos significat. Soli quippe a creaturis naturali ratiōe & lege innata nō scripta ad cognitionem ueri dei transire/& uoluptate corporis cōtempta ad rectam uitam peruenisse scribunt̄/cum quibus omnibus præclarus ille totius generis origo Habraam numerādus est/cui scriptura mirabilē iustitiā quam nō a mosaica lege (septima enim post Habraam generatiōe Moyses nascitur) sed naturali fuit ratione consecutus sūmā cū laude attestatur credidit.n. Habraā deo & reputatū est ei in iusticiam. Quare multarum quoq; gentium patrem diuina oracula futurum/ac in ipso benedicēdas oēs gentes hoc uidelicet ipsum quod iam nos uidemus aperte prædictū est cuius ille iustitiæ perfectionem non mosaica lege sed fide cōsecutus est/qui post multas dei uisiones legittimum genuit filiū/quem primū oīum diuino persuasus oraculo circūcidit/& cæ

teris qui ab eo nascerētur tradidit/uel ad manifestum multitudinis eorū futuræ signū/ uel ut hoc quasi paternæ uirtutis insigne filii retinētes maiores suos imitari conaretur/ aut quibuscūq; aliis de causis. Non.n.id scrutandū nobis modo est: Post Habraam fili us eius Isaac in pietate successit/fœlice hac hæreditate a parētibus accæpta/qui uni uxo ri coniunctus cū geminos genuisset castitatis amore ab uxore postea dicitur abstinuis se. Ab isto natus est Iacob qui pp cumulatū uirtutis prouentum Israel ēt appellatus est duobus nominibus ,ppter duplicē uirtutis usum Iacob.n.athletā & exercentē se latine dicere possumus/quā appellationē primū habuit/cū practicis operatiōibus multos ,p pietate labores ferebat. Cum aūt iam uictor luctando euasit/& speculatiōis fruebatur bonis/tunc Israelē ipse deus appellauit æterna præmia beatudineq; ultimā quæ in uisio ne dei cōsistit ei largiens/hoiem.n.qui deum uideat Israel nomē significat: Ab hoc.xii. iudæorū tribus profectæ sunt. Innumerabilia de uita istorū uirorū fortitudine pruden tia pietateq; didici possunt/quoꝶ alia secundū scripturæ uerba historice cōsiderantur/ alia tropologice ac allegorice iterp̄tant᷑/de qbus multi cōscripserūt/& nos in libro quē inscripsimus de doctrina priscoꝶ uirorū. Præter hos Iob iustū uerū piū innocuū ab oī q; malignitate alienū fuisse inuenimus/qui q̄uis iudæo generi nō fuit affinis/pietatis tn̄ laude uel iprimis effert᷑. Verū Iacob liberi religiōe ac pietate cōmuniti hebræoꝶ famā facile ad maius a deo produxerūt/ut totius ægyptii principatus ab uno eoꝶ Ioseph de pendet/qui castimoniæ præmiis cornatus gubernatione tot tātarūq; ciuitatū suscæpta uirtutē hebræoꝶ manifestauit. Is suoꝶ insidiis ad seruitutē redactus tanto cumulo uir- tutis refulsit/ut nemo possit rē oratiōe assequi: Aderat.n.ei libertas animi maxie robur in uictū pudor eximius iustitia modestia prudētia sūma/sed pietate in uerū deū maxie præstabat/cūq; domini sui uxor (erat.n.mirabili corporis p̄ditus formositate/qua ado l escētia uirtutibus ornata insignis uidebat᷑) furore cupidinis acta uerbis ac p̄cibus per suadere nō potuisset/manusq; iniustū iniicere nō dubitasset/præcæpta parentū nō obli tus req; ipsa hebræū se esse ostēdēs mulierē quidē magna ui repulit/ quasi aūt a rabida fera euaserit fuga salutē quæsiuit / cogitabat.n.atq; dicebat si dn̄s meus domui suæ me ,pposuit quō ergo huiuscemodi rē turpissimā corā deo faciā: his ille uirtutibus ad ægy pti gubernacula diuinitus peruenit quē utinā cæterosq; oēs de qbus diximus imitari pos simus. Fuit aūt etiā hic hebræus nō iudeus/nondū.n.iudæi fuerint in multitudine dein de magnā genus creuit/paulatimq; diligētissima norma uiuēdi labebat᷑/& parentū pie tas obtundebatur. Ita post aliqua sæcula ægyptiorū conuersatione deprauati adeo fue rūt ut nihil ab ægyptiis differre uideretur. Tunc deus patrū suoꝶ moysem ad eos mit- tit/ac p eum in auditis factis miraculis cōuenientē iudæorū moribus legē imposuit. Nā cum iā corrupti uirtutē mutare nō possent/alia manifeste mandauit/alia occultius sug gessit/symbola umbramq; nō nudam ueritatē cōseruare ipsis præcipiens hoc pacto iu dæorum disciplina a temporibus moysi cœpta usq; ad saluatoris nostri aduentū secun dum uoces prophetarū durauit. Sic enim a Moyse aliisq; prophetis dictum inuenitur mosaicam legem usq; ad Christi tempora duraturam.

¶ De Iudæorum theologia. Cap.IIII.

u Erum quoniam breui hebræorū qui ante Moysem fuerūt uitas tetigimus & pietatis eorū ad umbrationem edidimus/nūc thelogica eoꝶ dogmata a Moy se aliisq; prophetis fundata consideremus. Primus igit᷑ oium eximus ille theo logus qui diuinas leges conscripsit cum pietati conuenientem disciplinā tradere uoluis set non cōmunibus atq; tritis exordiis usus est/sed nihil potius ducens q̄ priscorum ge neris sui theologiam ac recte uiuēdi normam pertinere a deo secundū hebræoꝶ theo-

logiã incœpit/nec ut egyptii aut phœnices aut certe oẽs gẽtes multitudinẽ deorũ falso induxit sed a prima uisibiliũ oium atq; inuisibiliũ causa exorsus illũ docet creatorẽ esse uniuersi regẽ atq; dñm nõ solũ quas ipse scripturus erat legũ/uerũ etiam naturæ ipsius cuius solo nutu a nõ ente simpliciter cuncta fuisse producta ostendit cuius uirtute oia quæ ꝓducta sũt gubernari docet: Primũq; oium cælũ uerbo dei fuisse firmatũ/& põdus soliditatemq; terræ præter naturam suã super aquas suspẽsam asserit/uerbo etiam dei solis stellarumq; motu diem ac noctem sibi uicisim succedere/legeq; diuina uicissitudines mutationesq; temporum anniq; uolutiones fieri lege dei atq; instituto in locis suis fluctuantia reuolui maria minime statutos audientia terminos ꝑtransire. Instituto similiter diuino innumerabilia plantarũ atq; arborum genera e terris germinare / ac ut breuiter dicam naturam oium matrẽ istituto dei seruientẽ diuinæ legi semper parere. Nõ.n.casu aut fortuna neq; irrationali latione orbem circũuolui/neq; temere mũdum tantã tãq; pulcherrimã rẽ esse ꝓductũ/sed dei esse creaturã & ab eo gubernari/ita legibus hoium naturæ leges anteposuit maxime deo uocare exhortatus. Nam si uniuersus mũdus cælũ sol luna stellæ oẽs terra & quecũq; in ipsa sunt cũcta naturæ opera natura q; ipsa creatori deo seruit.q̃to magis hoies ratioẽ ac libero decoratos arbitrio obtẽperari creatori decet? Germinet terra uirentẽ herbã & lignũ pomiferũ faciẽs fructum & habẽs unũ quodq; sementẽ secundũ speciẽ suã & statim nõ modo tũc sed usq; ad hũc diẽ paruit terra/parebitq; semp in posterũ. Producãt aquæ reptilia anime uiuẽtis & uolatilia uolantia sub firmamẽto cæli.& una cũ uerbo nutuq; diuino opus effectũ est/& eo instituto semp ita factitatur. Sint sol & luna cæteræq; stellæ in signa & tẽpora in dies & annos/neq; unq̃ hoc præceptũ stellæ neglexerunt/sed incessabili mirabiliq; suo cursu dies & noctes tempora & annos cõficiunt. Quam igitur ueniam homines cõsequẽtur diuina negligentes mãdata? hæc illius theologia nos cæpit. Nihil enim huiusmodi apud cæteras gentes inuenire potuimus sed post hanc primã theologiam ad eam quæ secunda est ordine procedit/deoq; cognito necessariũ putauit homini esse cognoscere se ipsum. Quare deinceps quid homo sit quidq; ipsum in cognitionẽ & pietatẽ dei adducat/& qualis principaliter hois uita esse debeat docet. In aiam.n.& corpus hoiem diuidit/uerũq; hominem aiã terminat quæ in corpore intellectualisq; substantiæ est tanq̃ ad imaginẽ dei creata/corpus uero terrenũ & idumentũ aie esse confirmat/quibus tertiam partẽ addidit spiritũ scilicet uitæ/qui uirtus quædã est/qua terrenũ corpus & quæ ad imaginẽ dei creata est aia coniungũtur atq; uniuntur. Nunc hoiem a deo creatũ in fœlicissimo paradisi loco bonis imortalibꝰ pleno cõstitutũ legeq; dei munitũ affirmat transgressione ãt diuini præcæpti ad hanc miserã uitã peruenisse. Hac ille philosophiæ ueritate auteq̃ ponendarũ seriem legũ aggrederetur auditores instruit. Non.n.fas est imaginẽ dei unde immortalitatẽ consecuti sumus uitiose uiuendo despicere. Primitiua uero ueraq; dei imago uerbũ suũ est sapientia uita lux & ueritas per se ipsum existens/ cuius imaginis mens humana imago ẽ/propter quã ad imaginẽ dei facti esse dicimur. Ita necessarium duxit hæc legibus esse prægustanda. Recordari.n.profecto debemus quid nostri a terra sumptum in terram reuerteretur/& quid melius deoq; simile ut cognoscamus q̃d sumus/nec uitiis eã partẽ nrĩ maculemus quæ ad imaginẽ dei facta est utq; a perpetuo desiderio primæ illius beatitudinis pendeamus/& redire oibus uiribꝰ/ diligenter conemur/præparemusq; nos ad iter quo illuc peruenitur unde diuini mãdati negligentia decidimus. Ad hæc rerũ diuinarũ atq; humanaꝝ ille nõ humana doctrina sed dei uisiõe peritissimus nequam quẽdam dæmonẽ inuidũ atq; uersutum unicuiq; hoium inhærere docet/quem serpentem ueneni plenum atrũ tenebrosumq; appellat/

qui salutis nostræ inuidus ad hunc usq; diem multos insidiis suis decæpit cuius fraude parentes quoq; nostri beatitudinẽ illã amiserũt. Quare uigilandũ est semperq; aduer-sus malitiam eius insurgendũ. Sed quid oportet hæc ita cõscribere cũ ipsum audire licc at nõ syllogismis neq; hominũ callidis argumentis/sed spiritus sancti gratia cũ magna uenustate atq; grauitate cũcta scribentẽ? In principio inquit fecit deus cælũ & terram. & dixit deus: Fiat lux/& facta est lux: Et rursus dixit deus. Fiat firmamẽtũ/& factũ est: Et paulo post dixit deus: Germinet terra/& germinauit/& iterũ dixit deus. Fiant lumi naria in firmamẽto cæli & diuidãt diẽ & noctẽ & sint in signa & tẽpora & dies & ãnos & luceant super terrã. Præterea dixit deus: Producãt aquæ reptilia & uolatilia/& factũ est. Itẽ producat terra quadrupedes & reptilia & bestias terræ secundũ species suas/& factũ est ita. In his igitur oibus cũ a scriptura dixisse deũ dicitur nutũ & uoluntatẽ diui nam nõ uocẽ syllabis prolatã ostendere uoluit/deinde uniuersum hũc repetẽs sermo-nẽ hic inquit liber cæli & terræ/qua die fecit deus cælũ & terrã & oia quæ in ipsis sunt/ huiusmodi hebræorũ theologia est quæ uerbo dei creante uniuersa esse producta ueris sime sola docuit/& hæc nõ esse relictũ mundũ a deo gubernatione illius priuatũ sed ꝓ uidẽtia eius rei asserit. Non.n. solũ creauit cuncta uerũ etiã saluator rex dux oibus præ sidens oia disponẽs dicitur oia eũ uidere oibus adesse. Vniuersa inde gubernari docet. Similiter & qui post eũ fuerũt ꝓphetæ nonnunq̃ a ꝑsona ipsius dei exclamãt. Deus ap propinquans ego sum dicit dñs & deus de longe. Quid faciet occulte homo quod nõ cognoscam? nõne cælũ & terrã ego impleo. Nõnũq̃ a se ipsis hoc pacto interrogãtes/ quis aquã mẽsurauit? quis montes pondere ac ualles iugo firmauit? quis cognouit mẽ tem domini? aut qs cõsiliarius eius fuit? Et rursus quis cõstituit cælũ & extẽdit tanq̃ scænã. Et alibi eleuare oculos uestros ad alta & uideř quis ostẽdit hæc oia. Et deinceps dñs deus qui fecit cælũ & fixit illud/qui firmauit terrã & quæ in ea sunt/qui dat spiracu lum populis qui degunt in ipsa & spiritũ eis qui calcant ipsam. Et rursus. Ego dñs deus solus extẽdi cælũ & firmaui terrã nõ est alius præter me. Et alibi sic dicetis ipsis/dii qui cælũ & terrã nõ fecerunt ꝑdant a facie terræ dñs q fecit terram infortitudine sua erexit habitabilẽ in sapientia sua & in prudẽtia sua extẽdit cælũ & adduxit nubes ab extremis terrarũ fulgura fecit in pluuiã/& aduxit uẽtos ex thesauris suis. Et rursus quo ibo a spi-ritu tuo & ubi a facie tura me occultabo. Si ascẽdero in cælũ tu illic es/si descendero ad infernũ ades. Si sumpsero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris/ete-nim illuc manus tua deducet me. Hæc posteriores cõuenientia priscis diuinitus prædi cabant. Sed eos ẽt audias qui ante Moysem fuerunt. Dixit autẽ Habraã ad regẽ Sodo morũ. Extẽdam manũ meã ad altissimũ deũ/qui fecit cælũ & terrã. Melchisedech quo q; dei sacerdos Habraã his uerbis benedixit. Benedictus Habraã deo altissimo & be-nedictus deus qui fecit cælũ & terrã. Et habraam rursus pone manũ tuam sub femore meo. & adiurẽ te per dñm deũ cæli. & subiicit dñs deus cæli & deus terræ qui cæpit me a domo patris mei/& a terra in qua natus sum. Postremo in ipsa uisione. Moysi deus in terrogatus qs esset diuino respõdet oraculo: Ego sum qui sum sic dices filiis Israel/qui est misit me ad uos/hæc breuiter ab innumerabilibus excerpta sunt. Est ne igitur dignũ gentiũ theologiã imo uero impietatẽ cũ istis ullo modo cõferre. quorũ alii nullum esse deũ alii cælestia corpora crediderũt. Et stellas ignẽ in cælo fixas dicẽtes aut ignẽ uia & arte circulatũ loco dei adorarunt/alii nulla dei prouidẽtia mundũ sed irrationali quadã natura gubernari alii cælestia solũ modo diuinitus regi/nõ aũt etiam terrestria/mũdũ-q; sine ortu/neq; ullo modo a deo productum/sed casu & fortuna cõstitutum esse/nõ-nulli ex atomis & inanimatis corpusculis esse conglutinatum asseruerunt.

De Verbo. Cap.V.

His ita dictis alterã quoq; psonã a prima psona genitã non creatã hebræoꝝ scri pturæ significant quã uerbũ sapientiã uirtutẽ dei appellant/unde inquit Iob: Inuẽta est sapientia: Quis ãt locus eius est? Nemo mortalis uiã eius nouit. Et Dauid in psalmis: Verbo dñi cæli firmati sunt. & Salomon ex psona ipsius sapientiæ. Ego inquit sapiẽtia cõsiliũ & cogitationẽ cõstitui. & dñs possedit me in initio uiarũ sua rũ ad opera sua. In principio anteq̃ terra facta est anteq̃ abyssi producti anteq̃ montes firmati ante oẽs colles genuit me. Et alibi. Quid ãt est sapientia & unde nata sit dicã & nõ occultabo. Spiritus ipsa est intellectualis sanctus unigenitus oĩpotẽs oĩa penetrãs/ uapor.n.est uirtutis diuinæ & fluxus glorie oĩpotẽtis uerissimus fulgor æterni luminis & imaculatũ speculũ uirtutis diuinæ ac bonitatis ei9 imago ab extremo ad extremum oĩa transiens ac oĩa recte gubernãs quod quidẽ diuinũ uerbũ a patre ad hoĩum salutẽ missum scriptura cõfirmat. Quod deũ & dñm.i.creatorẽ & gubernatorẽ a Moyse ꝑ phetisq; appellari cõspicim9. Venit aũt ad hoĩes hoĩe assumpto a pr̃e missum pp salutẽ nostrã. Misit.n.uerbũ suũ inquit & sanauit eos. Vnde doctrina ẽt euangelica propheti cam & paternã hebræoꝝ renouans theologiã hoc pacto incipit: In principio erat uer bum & uerbũ erat apud deũ & deus erat uerbũ/hoc erat in principio apud deũ oĩa ꝑ ipsum facta sũt & sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est in ipso uita erat & uita erat lux hominũ. Merito igitur eodẽ spiritu Moyses plenus facto cælo & terra quasi cũ filio suo uerba cõferentẽ sic deũ patrẽ introduxit dicẽtẽ: Et dixit deus: Faciamus hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Quod psalmasti ẽt occultus significauit dicens. Ipse di xit & facta sunt/ipse mandauit & creata sunt. Aperte nãq; patris ad filiũ ordinẽ atq; mã datũ more humão(nec.n.aliter poterat)expressit. Nemo.n.negabit oẽm qui aliqd di cit ad aliũ dicere/& qui mandat ac præcipit alii p̃ter ipm mãdare atq; præcipere. Mani festius aũt Moyses duoꝝ dñorum patris uidelicet atq; filii mentionẽ fecit dicens. Pluit dñs a deo sulphur & ignem/& Dauid similiter. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. Et paula post æternã illã & ineffabilẽ generationẽ uerbi designare desiderãs ait. Ex utero ante luciferum genui te. Hæc ita se habere nõ solũ uetus scriptura occultius(nõ.n.oẽs tunc ferre poterant)uerũ ẽt noua ipsis quoq; solaribus radiis dilucidus predicat/quãuis nõnulli iudeoꝝ sancti gratia spi ritus carentes aliter interpretati sunt/a quibus nõnulla ponã iccirco nõ inutilia quoniã nõ effusum in aera uerbũ dicũt nec spiritũ nõ subsistentẽ sed diuersas psonas probe si cut & nos/male ãt quia diuersas quoq; naturas opinãtur. Philonẽ ergo audias scriptu ræ uoces interpretatiõe sua explicantẽ quã orbẽ inquit quasi de altero deo dicit' in ima gine dei feci hominẽ: Per pulchre id diuinit9 scriptori fuit inspiratũ. Nullũ.n. mortale ad supremũ patrẽ tanq̃ imago cõ ferri potest/sed cõfertur ad secundũ deum qui primi uerbũ est. Necesse enim erat rõnalẽ uim a deo uerbo aĩa hominis ĩprimi. Deus.n. qui supra uerbũ est ita supremus est ut nulla rationalis natura similitudinẽ eius possit reci pere. Hæc in primo questionũ libro Philonis dicta sũt/qui in prĩo de agricultura uer bum dei filium quoq; dei appellare his uerbis non dubitauit. Hæc uniuersa pastor ille & rex deus iure gubernat. legẽq; statuit. rectũ ei9 uerbũ & primogenitũ filiũ qui curã totius gregis quasi maximi regis dux diligenter suscæpit. Idem in secundo qui dubitãdi ruborem effugere uelit/audacter dicat nulla re materiali machinam mũdi conseruari/ sed uerbo æterni dei sempiterno qd̃ a mediis ad extrema/& ab extremis ad media pro tensum inuictũ naturæ sustinet cursum fouẽs ipsum atq; cõseruãs/quasi uinculũ quod dam pater qui genuit ipsum cõstituit. Merito igitur nec terra unq̃ aquis summergetur/

nec ignis extinguetur/nec cætera peribunt/cũ uerbũ dei uocale inter muta elemẽta cõstitutũ oĩa conseruet. Hæc Philo. Nõne igit᷑ uera hæc nostra sũt q̃ uerbo a sapiẽtia dei oĩa producta esse prædicamus/falsa uero illa quæ nec uerisimilitudinẽ ullã habẽt/ & inter se cõtraria sunt. Tales.n.milesius aquã originẽ rerũ dicit Anaximenes aerẽ Heraclitus ignẽ/Pythagoras numeros Epicurus atq; Democritus indiuidua quædam corpuscula. Empedocles quatuor elemẽte/hoc dei uerbũ magni cõsilii angelũ lucẽ uerã iustitiæ solẽ ẽt nominant. Tertio spũs additur sanctus a scriptura quẽ sicuti patrẽ & uerbũ suũ eadem dignitate atq; honore honorari pcipit. Tertius igit᷑ a patre spũs esse ostẽditur tanq̃ a patre p sapientiã elucens/post hãc æternam dei substãtiã rõnales uirtutes/nec numero/nec specie nobis notas/sed solũ uisibiliũ proportiõe (alia.n.gloria solis est alia luna/alia stellaꝝ scriptura iudæoꝝ nõ ut deos sed ut ministras honorãdas oñdit. Et mortali quidẽ naturæ stellaꝝ numerus oĩno ignotus est. Deus uero multitudinem etiã intelligentiaꝝ & nomina non ignorat. Scribitur.n.qui stellaꝝ multitudinem numerat/& oĩbus ipsis noĩa imponit/inumerabilia enĩ genera profecto & itelligentiaꝝ & stellarũ sunt/deo aũt oĩa numerata sunt/de ipso.n.dicitur mille milia ministrabant ei & decies milies centena milia corã eo assistebant. Cum.n.numeꝝ uideatur aliquẽ noĩare nũeratas illas ostendit eẽ uirtutes adeo. Cũ uero tantã numeri quãtitatẽ dixerit ignotũ nobis illũ numeꝝ ꝓpter innumerabilitatẽ suã esse ostẽdit. Sed de substãtia earum sic psalmista scriptũ reliquit. Domine deus meus q̃ uehemẽter magnificat9es confessionẽ & decorem uidisti amictus lumine sicut uestimẽto extẽdens cœlum sicut pellẽ / qui facis angelos tuos spũs & ministros tuos ignis flammam. Noli credere de hoc corruptibili igni dicere nec de irrõnali aere atq; spũ/sed altius quidam atq; sublimius / necesse enim est cum a sensu nostro uerba prodeant trãslatiue non proprie de intellectualibus dici/unde ipsum quoq; deũ spiritum & ignẽ & lucẽ & huiusmodi nominibus significamus. Virtutes aũt illas angelos archangelos spũs cælestẽ exercitũ principatus ptãtes tronos dñatiões q; nũcupamus. Quarũ oĩum iustitiæ solẽ & sanctũ spũm ei annexũ una cum deo ac pr̃e creatorẽ atq; gubernatorẽ scriptura cõfirmat/quẽ unũ deũ ab uniuersis sicuti patrẽ ac dñm hymnis glorificandũ ꝓpheta præcipit dicens. Laudate dñm de cœlis / laudate eum in excelsis. Laudate eũ oẽs angelis eius/laudate eũ oẽs uirtutes eius. Laudate eũ sol & luna/laudate eũ oẽs stellæ & lumẽ. Laudate eũ cœli cœlorũ & aquæ quæ super cœlũ sunt laudent nomẽ domini. Quia ipse dixit & facta sunt / ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in æternũ & in sæculũ sæculi præceptum posuit & non pteribit. Hæc hebreoꝝ dogmata merito erroribus gentiũ spretis cõplectimur uirtutes cœlorũ ut dei ministros honorantes. Solum aũt deum & uerbũ ac spũm eius qui cœlum & terram ac oĩa quæ in ipsis sunt creauit & a nihilo simpliciter produxit ut hebræorum doctrina occultius & euangelica expressius pcipit colimus atq; adoramus.

De contraria. Cap. VI.

n Vnc cõsequens esse uidetur ut qualẽ hebræi de contraria uirtute doctrinam tradiderũt perspiciamus. Virtutes igitur ministrantes & spiritus qui ad ministerium mittuntur propter eos qui æterne cõsecuturi uitæ sunt hereditatẽ sanctos dico angelos dei diuina luce frui ac iccirco luminaribus cæli conferri docti a scriptura credidimus. a quibus peruersi quidam spiritus cum sua nequitia diuinã lucem suscipere nequiuerint tenebræ factæ sunt. Quorum primũ qui ẽt aliis defectionis causa fuit qm̃ penitus propter impietatem suã in terrã decidit/quiq; totius uenenosæ prauitatis auctor est sponte a lumine ad tenebras lapsum draconẽ serpentemq; latiferi ueneni ꝓductorem attrocẽ bæluam & leonẽ humanis carnibus uiuentem ac deniq; basilicum

Rerũ principia que.

Spũs sanctus quis

scriptura solet appellare. Causa uero qua lapsus est furor mētis & arrogātia hoc pacto dicit͛ fuisse q̄uo decidit de cœlo lucifer q mane oritur cōtritus est in terram/q mittit ad oēs gentes/tu aūt dixisti in mēte tua in cœlū ascendā/super astra ponā sedē meā/& ero altissimo similis. Et rursus hæc dicit dn̄s qm̄ exaltatū est cor tuū/dixisti deus ego sum & domicilium dei habito. Et iterū in monte dei natus es īter igneos lapides imaculatus in diebus tuis/ex quo die creatus es donec iniustitiæ inuētæ in te sunt. Exaltatū est cor tuū in pulchritudine tua/corrupta est scientia tua cū pulchritudine tua ꝓpter multitudinē delictoꝝ tuoꝝ in terrā deieci te: His uerbis aptissime cū supioribus illū uirtutibus conuersatū fuisse docemur. Et quoniā ceruices extulit ꝓpter arrogantiā decidisse/sub quo inumerabiles qdam sūt spūs simili impietatis errore pro lucida diuina regia beataꝗ habitatione ad cōuenientia sibi ac oībus impiis loca tartari sentētia dei depulsi. Quæ loca abyssum diuina scriptura & tenebras/nō has/sed quas diuina uerba itelligunt solet appellare/ex numero quoꝝ multi exercitationis hoīum grā in terra & regione quæ sublima est derelicti erroris humani & īpietatis gentiū cōcausa simul fruerūt/ quib9 interdū noīa indit scriptura malignos spiritus & dæmonas potestates & principatus mūdi huius appellās interdū symbolice cum piū atqꝫ religiosum uirū ne multitudinē dæmonū formidet hortet͛. Sup aspidē.n.ait ambulabis & cōculcabis leonē & draconē. Signum aūt est deum ab ipsis odio haberi eiusqꝫ uoluntati repugnare/qm̄ seipos deos putari cupiunt/& dei cultū in se transferre conant͛ diuinationibus atqꝫ oraculis tāq incētiuis stultos alliciētes quos adeo rapientes ad profundū impietatis detrudūt. Solis autē hebræis malicia illoꝝ a priscis fuit intellecta tpibus apertissime damnantibus oēs deos gentium dæmonas eē. Nunc aūt dei gratia per saluatoris nostri euangelicā doctrinam uniuersis orbis uinculis dæmonum solutus deum uerum glorificat.

ℭ De hominum natura. Cap. VII.

Ed phœnicū quidē ac ægyptioꝝ theologia casu hoīum cæterorūqꝫ aīalium ꝓductionē factā e terra dicebat/nullū inter rōnalē aīam & irrōnalē substātiā discrimen arbitrata/qbus abiectis hebræos laudamus q pulcherrime ac sapiētissime ac ideo uerissime de prima hoīum ꝓductiōe docuerūt duplici quadā natura cōstitutū eē hoīem asserētes/cuius altera pars cū icorporea/& imortalis sit/uerus homo existit ad imaginem & similitudinē dei/non fortuna & casu/sed a deo ipso creatus. Voluit enī suprema oīum causa nō carere rōnabilibus terrā aīalibus/ut nō solū a scælestibus/ uerū ēt a degentibus in terra maiestas sua laudaretur. Itaqꝫ dixisse deū scriptura testat͛. Faciamus hoīem ad imaginē & similitudinē nostrā/& fecit deus hoīem ad imaginem & similitudinē suam fecit eum. Et rursus: Formauit igitur deus hoīem de limo terræ/& inspirauit in faciē eius spiraculū uitæ/& factus homo in aīam uiuentē/quem textū iudeus Phylo exponens his uerbis utitur. Cæteri quidem ab ætherea natura mentē nostrā constare dicentes ætheri affinē esse hominem uoluerunt. Moyses aūt ille nulli creaturarum rōnalem animam similē/sed nomisma dei uerbo suo insignitum esse uoluit. Inspirauit.n.deus inquit in faciem eius spiraculū uitæ/& factus est homo in aīam uiuentē. Et quoniam necesse est mittenti missum similem esse/iccirco ad imaginem dei hō/ non ad imaginem creaturarum alicui factus esse asserit͛. Anima igitur hominis uerbo dei designata/necesse fuit corpus quoqꝫ ad fulgētissimas ptes mundi uisum erigere. Hæc Phylo. Non ergo absqꝫ cā cætera quidem animalia nutu diuino uel a terra uel aquis prorupisse. Solus autem homo ad imaginem & similitudinem dei factus asseritur. Quare solus omnium quæ sunt in terra rationis participes principari ac regere leges ferre artesqꝫ inuenire potest. Sola enim hominis intellectualis anima ac rationalis est/reliqua omni-

no mortalia ad seruiendũ hoi facta sunt.Præest.n.uniuersis quasi dominus atque dux homo rõnis uiribus rubustiora corpore domans/iccirco prudẽtiæ iustitiæ aliarũq; uir tutũ capax est/& ad cælestia seipsum extollens stellaꝝ cursum orbiumq; uolutiones ita quærit/ut cælestẽ se esse argumẽtũ præbeat.Q uod aũt sibi circũiacet terrenũ corpus opus & ipsum dei est de terra sumptũ & in terrã reuertens.Q uapropter oportet sicut pecoris cuiusdã ita corporis hoiem curã habere/alereq; colere ipsum seruũ ut ad hui9 uitæ ministeriũ perutilẽ/dominũ uero interiorẽ/quasi dei affinẽ uehemẽtius amare ac honorare/qm̃ & a prima causa honoratus est/homini igit̃ sic diuinitus ornato idoneũ deus largitus domiciliũ fuit.Ipse aũt sua spõte diuini contemptu præcepti in domiciliũ mortale decidit/propterea pietatem esse adhibendam censemus/& uirtuti dãdam operam/ut delictum nostrum deleamus/& ad primum redeamus statum.Non.n.in terris finem homini esse constitutũ/sed illic unde resiliit restitutione imaginis quã deprauauimus/huiusmodi sunt quæ de natura hoĩs hebræoꝝ doctrina antea q̃ græci oino essent philosophata est.Græci uero heri uel nudiustertius nati nonnulla e barbaris multa ab hebreis ut progredientes monstrabimus furati sunt.

¶Q uod natura non est genita. Cap̃.VIII.

u Erum quoniã hebræoꝝ ueritas unum creatorẽ oium deũ cognoscit/ipsi9quoque subiectæ corporibus substãtiæ quã hylen appellare solent.Innumerabiles uero tã barbari q̃ græci contra opinant̃:Alii malignitatis fontẽ esse hylen nec genitã nec corruptibilẽ/alii natura sui absq; qualitate funguraq; asserẽtes uirtute diuina mundũ ab ipsa formata asserunt.Rõnibus demonstrandũ est solã hebræoꝝ opinionẽ non falsam esse.V tar aũt ut soleo non meis sed alienis.Dionysius igit̃ in primo aduersus Sabelum hæc de proposita quæstione reliq̃t.Nõ sunt absq; scelere illi qui materiam primã ad fictionem totius deo subiecerũt/quã dicunt cũ passibilis mutabiliq; natura sit diuinitus ad generationẽ oium alterari.Sed ostendant nobis unde similitudo materiæ primæ ad deum est/necesse.n.est si positionẽ sanũ uolunt sustentare superiorem quendam deo excogitare/quod nefandissimum est præterea cum non genitum esse similiter de utroq; dicat̃ & aliud alterum ab altero sit/unde id ipsis aduenit? Nã si nõ genitus deus per se est & ipsum non genitum esse ut quispiam diceret substantia sua ẽ non erit nõ genita hyle.Non enim idem est deus & hyle/quod si utriq; est quodcunq; est.i. deus q̃dem deus/materia uero prima materia.Inest autem utrisq; non genitum esse/patet aliud esse ab utroq; & utrisq; prius atq; superius.Ad hæc causam reddi postulabim9/ quã obrem cum utrunq; non genitum sit deus quidem impassibilis immutabilis immobilis atque actiuus est/materia uero prima econtra passibilis mutabilis mobilis omnis alterationis receptiua.Q uomodo autem etiam apte conuenerunt?utrum ad materiæ primã naturam adaptauit se deus cum ab ea mundum fabricatus est an econtra?Sed hoc ultimum impossibile.Non enim potest res insensibilis accommodare se ad artificem. Primum autem penitus nefandũ si quis putet sicut artificem ad materiæ aptitudinem primam cãm se accommodasse.Relinquitur ergo ut a dei sapiẽtia uaria & ut ita dicã multiformis formarũ scilicet omnium receptiua hyle producta sit.Multa dici possunt / sed modo non est nobis hæc quæstio proposita/meliores tamen sunt qui hæc dicunt q̃ q innumerabiles deos alium aliud creasse contendunt.Hæc a Dionysio sumpta sufficiãt/ nunc Origenem audias.Si quis autem putat non posse deum absq; subiecta inquit materia quicq̃ efficere quoniam nec statuarius absq; lapide statuam nec lignarius faber sine lignis regẽdus est si arbitratur deum posse quicquid uelit.Eo enim pacto quo sicuti uult ad totius ornatum ineffabili uirtute absq; sapientia qualitates non entes producit/

Dionys. in Sabel lium.

Origenes

quod oēs qui prouidentiā fatent̄ cōcedūt/substantiā quoqȝ quanq̄ uult producere potest: Mihi autē uidetur qui hæc dicūt fortunā quoqȝ deo annectere/qui nisi materiam primā forte reperisset nō esset auctor nec pater nec creator & dominus uniuersi/præterea unde factū est ut sufficiēs ad uniuersa fingenda nec superfluens aut deficiens materia subiecta sit/sequit̄ enim necessario a ꝓuidētia quadā deo superiore ne scilicet ars dei perderet̄ si non haberet materiā artificii suscæptibilē deo materiā esse subiectā. Vnde aūt oīum quæ deus uult recæptiua materia esse nisi eā deus talē qualē uoluit produxisset. Sed nō genitā esse materiā supponētes sic aduersus eos insurgemus/si nulla prouidentia deo materiā nō subiecit/quæ tñ ei subiecta est quasi ꝑ prouidentiā esset subiecta. Quid præstātius factū est q̄ ea quæ casu fiunt? Quod si nō est a deo ꝓducta materia cur mundū ab eo formatū dicūt? an quia tantā mundi fabricā nisi a sapientissimo artifice nō potuisse fieri credūt/Sed materiā quoque tantā atqȝ talē ut corporalium rerum formas omnes possit suscipere nō nisi ab omnipotēte sapiēteque artifice fuisse credendum. Cum autem obiiciāt neminē posse artificē absque materia quicq̄ facere sciāt/se multo dissimilia dicere. Prouidentia enī semꝑ hominū artibus materiā subiicit. Hæc aduersus illos dicta sufficiant/qui quoniā inuisibilis terra informisqȝ dicitur/iccirco materiā primā nō genitā existimarūt. Hæc Origenes. Philo autē iudæus de hac quæstiōe sic scripsit. De quātitate autē substātiæ utrū facta sit dicendū est ad formationē uniuersi tantā materiam deū creasse ut nec superflueret nec deficeret/absurdū. n. est hunc uel illum artificem diligentissime de quantitate materie sufficiētis præcipue in preciosa materia prouidere/deum uero qui numeros & mensurā omniū nouit minime de hoc prouidisse. Ausim igitur exclamare nec pluri nec pauciori materia ad creationem mundi opus fuisse. Non. n. integer ex omnibus partibus mundus esset si nō a sufficienti materia esset formatus. Sed cum prudentis proprium artificis sit antea q̄ incœpit sufficientiam materiæ prospicere/homo quidem mortalis errare potest/ut nōnunq̄ deficiēti materiæ additamenta quærat/nōnunq̄ ablationē a superfluente. Deus uero cui nihil deest quiqȝ oīa potest ad unguē sufficientem produxit hylē. Sed qui cauillari uolūt argumēta multiplicant/qui uero philosophari ueritate rerū contēti sunt. Hæc etiam Philo. Maximo uero insigni apud christianos uiro liber quidam de materia scriptus est/unde nō nulla mihi sumenda esse uideo ad exquisitam quæstiōis decisionē. Credo inquit te quoqȝ ipsum uidere duo nō genita simul esse nō posse/q̄uis illud addidisti alteꝝ ex duobus necessarium uideri aut seperatum esse deum a materia aut coniunctū. Si igitur coniunctum esse quidam uoluerit dicere/unum nō genitū dicet. Nam si coniuncta simul sunt duo non genita esse non possunt. Sed sicut consequenter dicimus unam rem genitam hominem esse multis partibus constitutum/sic necesse est si nō est separatus a materia deus/unum nō genitū dicere sin uero separatū quis dicet/necesse erit aliquod inter eos esse discrimen quo disseparentur/non. n. potest aliud ab alio distare/nisi tertium quoddam sit quo distare dicuntur. Istud autem ulterius progreditur. Nam si tria dabūtur ingentia/similiter de ipsis quæram/& si coniuncta quis dicet/superiorē referā rōnem sin uero separata/quartum necessario introducet: quæ separatio efficitur. Sed illud forsan quispiā cogitabit/nec separatum esse deum a materia/nec rursus cōiunctum/sed esse in materia uelut in loco & materiā in deo tanq̄ cōtinens. Erit ergo a materia circūscriptus deus/cūqȝ ipsa in stabilitate sua huc atqȝ illuc ferat̄ ipse quoqȝ mutabilis erit. Præterea si materia informis fuit/ornata uero formis ad melius a deo mutata/deus quoqȝ erit in re locoqȝ iformi. Ad hæc iterrogādū est utrū deus replebat materiā an in ꝑte aliq̄ materiæ fuit/nā si i ꝑte fuit minor multo q̄ materia ē/si totā replebat quō eā trāsmutādo for-

mauit? necesse.n.est aut cōtractū illud formasse/quod sui contractione uacuū fuit relictum/aut se quoq; ipsum una cū materia transformasse. Quod si materiam esse in deo quispiam dicat similiter quærendū & utrū quasi separata ut uolucres in aere an ut in loco. Si.n. seperatā ut uolucres in aere dixerit partibus ergo deus/imo re ipsa scissus/scindi.n. dissepararīq; necesse est ad recæptionē aliorū. Sin uero ut in loco cū de formis materia per se sit nec a prauitate aliena erit deus deformitatis & prauitatis locus/quod cogitare nefandissimū est. Ita cum hylem ingenitam putes ne malorū causa deus esse uideatur/malignitatis recæptaculum deum dicere cogeris.

Quod materia non est causa malorum. Cap.IX.

Si ergo materiā nō genitā principaliter diceres multis rōnibus īpossibile id esse demōstrarē/uerū qm̄ malorū ipsam cām esse opinaris/& ex hoc ēt induceris ut nō genitā credas/ad hoc uertēda mihi oratio est. Si enim adaperiā quo pacto mala fiant ostendāq; nō esse possibile quin malorū auctor deus sit si materia ei aliū de ad creandū subiicitur opinio/hæc funditus euertitur: Sine qualitatibus ergo coæternā deo fuisse materiā/unde mundū istū creauit opinaris; Sic prorsus. Si ergo sine qualitatibus materia fuit/sunt āt mūdo qualitates/quia a materia diuinitus factus est/qualitatū profecto deus ꝓductor est. Ita mihi uidetur? Qualitates porro nō a subiectis qualitatibus factas esse/& aliud a substātiis dicis. Ita opinor. Si ergo nec a subiectis qualitatibus eductæ a deo qualitates/nec a substātiis quoniā substātiæ nō erāt/a non ente simpliciter creatas diuinitus fateri necesse est. falso ergo abs te in superioribus dicebat̄ impossibile esse a nō ente/simpliciter fieri quicq̄ a deo qd̄ tāto absurdius uidebitur/quāto si diligētius quispiā cōsideret/uel hoīes q maxīe ex aliquo facere uidētur a nō ente quædā ꝓducere. Architectus.n. urbē facit ex nō urbe/& tēpla ex nō tēplis. Quod si qa substantia subiecta est architecto/iccirco ex ente ipsū facere opinaris/nō parū erras/nō est eni substātia quæ urbē facit/aut tēpla/sed ars quæ circa substātiā est/hæc āt quis ex arte fiat quæ in hoīe est/nō est tn̄ in lapidibus/sed forsan dices ideo nō esse ex nō ente artē qua urbs cōstat/qa fit ab artificio quod in artifice est. Ego uero tibi respondeo artē illā quæ in hoīe est nō ab alia quadā arte sed a non ente in hoīe fieri. Accidētia.n. oīa in substātiis & fiūt & sunt. Homo.n. sine ullo artificio existit/ars uero nulla erit nisi prius hoīem esse intelligamus. Quare ars a nō ente in hoīe facta necessario est/ꝙ si hoībus hoc modo se habet/quomodo nō oportebit deū nō solū qualitates/ uerū ēt substātias a nō ente simpliciter arbitrari posse creare? Si.n. aliqd ex nō ente simpliciter posse fieri a deo fateris/substātias eni a nō ente simpliciter ab eo posse fieri concedas necesse est. Verū quoniā apprime audire desideras unde mala oriātur/quæro abs te utrū substātias aut qualitates substātiarū mala opinaris? Qualitates substantiarꝫ arbitror. Materiā autē absq; qualitate ac deformē fateris? Dictū memini. Si ergo substantiarꝫ qualitates mala sūt/& materia sine qualitate est/deusq; oīum qualitatū creator cōceditur/erit malorū oīum auctor deus. Quare si abs te materia nō genita ponebat̄/ut malorꝫ causam deum dicere nō cogereris/cogeris autē hoc facere/multo magis materiam ei ad creandum subiicens frustra id certe opinaris hæc sufficere mihi uident̄/nisi tu aliquid habeas/ego si cōtentionis nō ueritas cupiditate uerba hæc faceremus/nihil amplius quærerem. Verū quoniā charitas est quæ nos mouet & utilitatis proximi causa disputamus/altius de his disserendū arbitror/& quoniā nihil aliud q̄ ueritas quæritur quoquo modo putas facilius atq; dillucidius id fieri posse. Sic oratione utaris ut nō tibi solum uerū ēt mihi magnū conferas fructum. Sed quoniam qualitates esse mala superius diximus nunc substantias potius quasdam mala esse arbitror. Quid tu substantiam dicis? non

ne illam quæ ita p se existit ut nullo modo indigeat ut existat? Sic omnino. Malum autẽ actum alicuius esse opinaris? an quomodo? Actum profecto. Nonne igitur actus agentis est? Est prorsus. Cum autem nihil agens sit/putas tu actum esse posse? minime. Si ergo substãtia nulla re alia indiget ut existat: mala uero actus sũt: & omnes actus cum alicuius sint agente aliquo sunt/& non agente nõ sunt/nõ erunt profecto mala substãtiæ/ quod si ea quæ agunt substantiam/putas ueꝝ id quidem est/ut homicida ea ratiõe qua homo est substantia est. Cædes autem ipsa non est substantia sed substantiæ opus/ac iõ interdum bonum hominem iterdum malum uocitamus dicunturq; ambo hæc nomia de hoie propter bonos & malos actus/qui sunt accidentia. Cædes enim nõ est substantia/sed nec liberalitas/nam quemadmodũ grãmatica grammaticus a medicina medicus dr̃ cum substantia nec medicina nec grammatica sit/sed ab his accidẽtibus appellationẽ accipiat/similiter a malis malus homo dr̃/& a bonis bonus cũ neutrum eoꝝ sit. Quare si quem alium præter hoies causam esse maloꝝ putas/simili mõ inquãtum hoibus suggerit mala ab actu suo ipse quoq; malus erit. Sic eni & homo malus dr̃ quia mala agit. Quæ autem agũtur mala nõ est ipse qui agit/sed actus eius a quibus appellationem accipit. Nam si agentem ea dicemus quæ agit/agit autem cædem/erit homo cædes: Et sic quoniam quæ aguntur cum aguntur solũmodo sunt/facta uero esse desinunt: erunt homines cum agunt/& cum nõ agunt nõ erunt. Quæ falsa atq; ipossibilia sunt. Sũt ergo mala hoīs actus: appellaturq; homo malus nõ ex eo quod substãtia est/sed ex eo quod mala agit. Malum.n.dici ab accidentibus substantiæ quæ non sunt substantia ideo concessimus ut a grammatica grammaticus dr̃. Quod si quæ aguntur tunc icipiunt quando actus icipitur certe is etiam qui male agit tunc icœpit malus esse quando male agere cœpit. Non est ergo malum absq; pricipio: nec nõ genita mala sũt: sed ab eo genita atq; pfecta a quo agũtur. Recte o amice e præsuppositis.n.probe itulisti. Nam si absq; qualitatibus materia prima est/estq; qualitatũ auctor deus: mala uero qualitates sunt: mala essent a deo: Sed contra rõnem istam hæc quæ dixisti sufficiũt/mihi uero in mẽtem nũc uenit falso absq; qualitatibus hylen affirmari. Nulla.n.substãtia uere absq; qualitatibus dr̃/cum enim absq; qualitatibus dr̃ qualitas ei9 profecto significatur. Qualis.n.quædã materia certe prima dr̃/cum huiusmodi esse dicatur/ut aliquid i se nõ possideat: quæ res certe qualitatis quædam spẽs est. Ad hanc igit̃ rõnem oro respondeas. Nam cũ nõ genita hyle mihi uideatur/qualitates esset inatas habere uidetur/& sic ab ea defluere omnia quæ mala sunt. Ita deus malorum causa nõ erit. Magna te puto laude dignum quod absq; ulla ptinatia ueritatẽ quæras/causamq; nobis præbeas/ut aut a uerbis tuis facilius tibi psuadeamus/aut rõnibus acquiescẽtes ueritatem discamus. Sed si inatas habet materia qualitates cuius rei auctor erit deus? cum neq; substãtias nec qualitates pduxerit/qppe cum tam substantia quã accidens serui hmõi rõnis uim a pricipio fuerint. Dic igitur quæso quo pacto deum creatorem appellas. Vtrum qa substantias in alias substantias mutauit/an quia substantias quidem nõ mutauit/qualitates autem eaꝝ mutauit. Absurdum mihi uidet̃ mutatam fuisse substantiam dicere. Qualitatum igitur mutatiõe creatorem appellari deum assero. Nã quẽadmodum cum e lapidibus domus fit/non est dicendum lapides in domum esse mutatos: Sed quali quadam deoꝝ compositiõe domũ factam esse/cum qualitas ista compositionis lapidum alia sit ab ea quam pri9 habebãt. Sic mihi uidetur permanente substantia qualitatum mutatione hunc mũdum factum esse diuinitus. Quoniam ergo qualitates quodãmodo quasdam a deo factas ais respõdere mihi non dedigneris mala substantiarum ne qualitates sunt/& qualitates inhærẽt materiæ semp an impressæ fuerunt; In se dico absq; pricipio. hac igitur qualitates adeo

mutatas fuisse asseris. Ita prorsus. Vtrũ igit̃ ad melius aut ad peius? Ad melius scilicet. Si
ergo qualitates in materia inhærent q̃ in melius mutatæ sunt quærẽdũ adhuc restat un-
de mala orta sunt/ aut.n.nõ pmãserũt qualitates illæ malæ natura ut erãt/ aut si permãse
rũt malæ malignitatẽ eaꝝ in melius deus nõ cõuertit/ & sic maloꝝ cã ad deum rursus re
fert: aut forsan malas qualitates/ materiæ mutatas esse nõ dicis. Eaꝝ uero mutatiõe quæ
idifferentes erãt uniuersa diuinitus cõstructa opiaris hoc mõ certe. Cur igit̃ malas qua
litates reliqt? utrum qa euellere noluit/ an qa nõ potuit? Nã si noluit/ & potuit/ necesse ti
bi erit cãm maloꝝ deo attribuere/ qmutatione mundũ creãs non destruxit/ neq; muta-
uit in melius mala cũ potuerit. Nec poteris si ita opiaris deũ nõ culpare q malignitatem
materiæ nõ abstulit cũ posset/ sed ad pniciem craturarum reliquit. Præterea maxia quæ
dam iniuria ipsi quoq; materiæ illata est/ peius.n.modo se habet quã anteq̃ formaretur:
tũc.n.in sita sibi esse mala nequaq̃ sentiebat/ nũc uero multæ partes eius accerrimũ ma-
lorũ sensum pcipiũt: quod exempli grã in hoie uideamus. Materia.n.hois anteq̃ forma
ret̃ & creatoris artificio in aial cõmutaret̃/ nihil pcipiebat postea uero q̃ in hoiem uer-
sa est/ acutum hẽt maloꝝ sensum/ ita quod diuinitus materiæ ad bñficium ipsius euenis-
se asseris peius ille fuisse iuenitur. Sin uero non potuisse deum isita materiæ mala tollere
contendis/ impotentem deum esse asseris/ qui autem impotens est aut natura imbecil-
lus est aut superioris cuiusdam terroris ac formidine premitur. Si imbecillum arbitraris
& firmus in hoc proposito consistis/ actum est de salute tua: Sin autem a maiore quo-
dam premitur/ erunt mala deo efficaciora quam uires eius retundũt/ quod dictu nefas
de deo est. Ad hæc quare malum potius deus non est/ si quidem illum esse deũ dicimus
cuius uires super omnia sunt? Sed responde mihi quæso de materia ipsa rursus queren-
ti utrum simplex quædam erat an composita? Nam si unica fuit atq; simplex quomodo
mundus qui ex ea est compositus uere dicitur? cum illud compositum sit quod a mul-
tis uariisq; constitutum est? Quod si compositam fuisse respondebis/ erant ergo a sim-
plicib9 qbusdam cõposita/ quare absq; principio nõ genita æternaq; materia esse nõ po-
test/ nõ.n.erat anteq̃ simplicia ex qbus componit̃ cõuenissent/ deide nõ duo sed multa
tibi erũt nõ genita. Simplicia.n.ex qbus hyle tibi componit̃ multa ac uaria esse necesse
est. Præterea uidet̃ ne tibi qcq̃ sibi ipsi repugnare atq; opponi? Nihil oĩo. Quid porro
aquæ ignẽ opponi negas? nullo mõ luci aũt tenebras/ frigido calidũ/ sicco humidũ? nõ-
ne similiter opponit̃? Similiter nõ inficior. Si ergo nihil sibi ipsi opponit̃ nõ erit materia
una nec ex materia una/ simile huic illud est/ quod mõ quærã/ uidéturne tibi alicuius to
tius ptes aliæ aliaꝝ destructiuæ? Nequaq̃. Ignẽ aũt aut aquã cæteraq; hmõi nõne mate
riæ ptes putas? Sũt certe materiæ ptes: Ignis porro nõne aquæ destructiuus/ & econtra
tibi uidet̃? Scilicet. Si ergo ptes totius aliæ aliaꝝ destructiuæ nõ sunt/ ignis aũt & aqua
cæteraq; huiusmodi alterum alterius destructiuum est/ nõ erunt partes unius materiæ/
nec ipsa erunt materia/ quoniam nihil sui ipsius destructiuum est/ nihil.n.sibi ipsi oppo
nitur aut repugnat/ aliud certe alii opponitur ut album non opponitur albo/ sed nigro
& tenebræ nõ tenebris/ sed luci. Si ergo una quædam esset materia nulla oppositio in re
bus inueniretur. Cum aũt aliæ rerum aliis opinantur non eadem esse uidentur materia
omnium. Hæc Maximus. Sed huius uoluminis iam modus sit/ in quo priscorum san-
ctorumq; hebræorum uitas qui multo ante Moysem fuerant breuiter perstrinxi/ quos
omnes admirati diuinis laudibus persequimur & prosequemur. Imitationem illoꝝ tan
ti nobis facimus: ut eam nobis recte concedi diuinitus deprecemur.

Eusebii Pamphili Liber octauus incipit.

De Traductione scripturæ/repetitio gentilium theologiæ. Cap. I.

Vnc ordíe pgrediétes ad Moysi disciplinã quæ secũdũ gradum tenuit/& solis iudæis nõ aliis gẽtibus data est trãsitum faciã. Quod aũt nulli alii gẽti sed iudæis solũmodo Mosaica disciplina data est/nec idonea uel possibilis aliis fuit tẽpore suo pbabim9/sed quẽadmodũ ægyptiorũ doctrinã ipsorũ ægyptiorũ uocibus exponebã cæterarũq; gẽtiũ theologiam suorũ testimonio auctorũ explicabã ita nunc quoq; faciendũ est a iudæis ipsis & ab illis maxĩe q doctissimi habent̃ ante oculos oĩa ponã si prius quo in linguã græcã & q̃ta diligentia libri iudaici traducti sunt exposuero. Cõmodissimũ.n.id mihi ad euangelicã doctrinã cuius præparationẽ modo scribimus fore arbitror. Cum.n.iã saluatoris nr̃i tpa uiderent̃ ppriis aduenire cõducebatq; maxĩe saluti oĩum gentiũ quæcunq; a pphetis scripta fuerãt itelligere p linguam græcã quã fere oẽs gẽtes itelligũt iudaicam scripturã uniuersis pposuit: Aut.n.post saluatoris nr̃i tpa nõ habuissemus iudæis ex iuidia occultantib9 aut corruptiores nobis dedissent aut si recte haberi potuissent in suspitionem traductores facile uocarent̃. Saluator ergo noster q ut deus oĩa præuidebat optima dispositione usus Ptolemæo ægyptiorũ regi traducendorũ librorũ cupiditatem iniecit. Quã rẽ Aristæus uir doctus utpote qui rebus aderat diligẽter cõscripsit. Fuit aũt traductio facta tẽporibus secũdi ptolemæi qui Philadelphus uocatus est. Sed Aristæi uerba opæpreciũ est audire. Demetri9 inqt Phalereus in regia bibliotheca cõstitutus grãdem a rege pecuniam accæpit/ut undiq; ad bibliothecam regis uel emendo uel trãscribendo libros congregaret/nemíniq; iterrogatum me pñte a rege quotnã libri iam in bibliothecis eẽnt dixisse plures q̃ ducẽta milia/sed breui tpe nõ erũt forsan pauciores qngẽtis milibus si nõ ab uniuersa græcia solũ quod feci/uerũ etiã ab aliis gẽtibus ac p̃cipue a iudeis quorũ doctrina perutilis mihi esse dr̃ q̃plurima possumus uolumina congregamus. Et quænam rex inqt causa detinuit ne iudæorũ libros quæ regio nobis affinis est aut emeris iam aut transcripseris p̃sertim cũ ad hãc rem tãta tibi p̃stetur pecuniã quantã pecieris. Tum Demetrius traductione opus est inqt/ppria.n.lingua & diuersis utũtur q̃ ægyptii litteris. Multi eos syrica & lingua & litteris uti cẽsent/quod ita eẽ nõ iuenio. Post hæc rex p̃cæpit. Demetrio scribere ad se de iudaicorũ librorũ traductione. Omnia.n.tanta diligentia faciebat/ut uel res minimas petitionibus atque mandatis exactissime scriptis ageret. Quare ipse quoque cuncta ut gesta sunt conscripsi. Hanc igitur epistolam Demetri9 philadelpho misit. Regi magno Demetrius. Quoniam p̃cæpisti o rex ut undecũq; possim in bibliothecam tuam libros utiles congeram/maiestati tuæ refero iudeorum disciplinam & leges litteris & lingua sua conscriptas perutiles mihi uideri. Ferũtur enim abiecte nonnulla translata tantæ certe admirationis/ut & itegra & diuia sola legũ sanctio iudaica uideatur. Sic.n.etiã Hecatæus abderita propter sanctionem legis nec a poetis gentium tactam arbitratur nec diligẽter ab historicis expositam. Si ergo tibi uidetur o rex scribatur ad pontificem iudeorum ut de singulis tribubus seniores uiros legisperitos & probos sex mittat ut diligenti examine id eligamus in quo plures conuenient traductores. Ista qppe res digna mihi maiestate tua uidetur: fœlix sis perpetuo. Tunc rex ad Eleazarum scribi iussit quod captiuos iudeorum remiserit/& auri qnquaginta talenta argenti centum/& lapides non paucos ad crateras/phialas & mensam cæteraq; uasa & sacrificia faciunda deo iudeorũ obtulit/cuius epistola hæc est. Rex Ptolemæus Elea-

Ptolomei Philadelphi epta ad Eleazaru pont. Judeorum.

zaro pontifici salutem. Non ignoras multos iudeorum i regióe habitare nostra qui ab hierosolymis psarum in tpe quo illi regnabāt abstracti fuerūt quorū multi cum pr̄e nostro in ægyptum igressi maiori mercede in legióibus conscripti sūt: cūq; fideles inuenisset in p̄sidiis collocauit: ut eorū formidine aíos ægyptioꝝ cōprimeret. Nos etiam postq̄ regni habenas suscepimus humanius tuos tractātes plures q̄ cētū milia captiuos redemimus ac liberauimus cōuenienti mercede dn̄is deposita/& si qd impetu multitudinis pperam gestū est totum correximus. Putauimus.n.id maxio deo gratum fore.q tātum regnū cum pace ac gloria nobis cōmēdauit. De tuis ēt florētes ætate uolentesq; militare cum dignitate aliqua in exercitu cōstituimus & apud nos nonnullos admisimus. Quia igitur uolumus & tibi & iudæis tam p̄sentibus q̄ futuris gratissimū facere/ decreuimus ut lex uestra lr̄is græcis ab hebraica lingua traducatur: ut uestra quoq; uolumina cum aliis regiis libris in bibliotheca nostra iueniantur/recte igitur facies & nostro studio cō digne/si uiros ,pbos & seniores peritos legis linguæ græcæ nō ignaros sex ab unaquaq; tribu elegeris. Oportet.n.qm̄ res q̄ maxima est illud eligatur in quo plures conueniant traductores/hac re gesta non paruam nos gloriā cōsecuturos arbitramur. De his reb9 latius tecū loquentur Andreas de intimis cubiculariis/& Aristo qui & primitias ad uasa & sacrificia in templum portant argenti atq; auri pondus nō contemnēdū. Scribe tu quoq; ad nos de quibuscūq; uolueris. Gratum.n.id nobis erit & amicicia nostra dignū & q̄ primum fieri curabimus quod petieris. Vale Ad hæc Eleazarus sic rescripsit. Eleazarus pōtifex amico uero Ptolemæo salutē. Si tu & Arisnoe regia & soror & filii uestri ualetis bene est: & ut uolumus fit/ipsi quoq; ualemus. Magno gaudio affecti sumus cū p litteras tuas bonam erga iudeos uoluntatem tuā cognouerimus. Itaq; uocato populo publice tuā epistolam legimus ut scirent quantā in deum nostrū habes pietatem: ostendimusq; uiginti aureas phialas quas misisti & argēteas triginta/& crateras quiq; & mēsam argenteam ad sacrificandū & ad alia faciunda qbus templum ægeret argenti talenta cētum/quæ Andreas & Aristo uiri probi & docti & te digni abs te nobis tradiderūt quibus latius diximus quæ uisa sunt. Oia.n.quæ tibi cōferūt ēt si p̄ter naturam essent tui petentis gr̄a efficere parati sumus. Plurima.n.ac maxima/& quæ obliuisci nunq̄ poterimus nostro generi beneficia contulisti. Quare illico pro te & regia & filiis & amicis tuis sacrificia optulim9 deo/& orauit uniuersus populus ut cūcta tibi sicuti uis succedāt/regnumq; tibi cum gloria dn̄s oíum deus conseruet. Præterea ut diuiæ legis cōmode ac secure fiat traductio: sex ab unaquaq; tribu seniores elegi quos ad te cum libris destinaui. Recte igitur facies rex obtime exqsitissime traducta scriptura curare ut ad nos uiri redeant. Vale. Multis deide hac de re dictis post iam traductā scripturā hæc subiūgit Lectitata igitur examinataq; traductióe seniores iterpretū ac sacerdotes & multi ægyptiorū pricipes coram rege cōgregati ,ppositis in medio libris magna uoce dixerūt quoniā ,pbe ac sancte diuia scriptura traducta est/decens mō est rex iustissime ut caueant ne qs puertere aliqd audeat/quod cum oēs uoce approbassent iussit rex secundū morem suū maledicere. Maledixerunt ergo ut solent si quis addiderit aut subtraxerit aut mutauerit aliqd rectissime id agentes ut ppetuo iuiolata scriptura seruaret. His ita gestis mirabili rex fuit affectus gaudio: a iudaica Lecta uero uniuersa sibi fuerant & admiratus legis latoris prudētiā dixit Demetrio qūo nēo poetaꝝ neq; historicorū de tot tātisq; rebus gestis nullā mētionē fecit? Cui Demetrius diuia hæc lex est: & a deo data ut uides ac ideo si qui tetigerūt deo pcussi resilierūt. Affirmauitq; audisse a Theopompo quod cœperāt nōnulla a iudaica scriptura trāslata græca orōne ornare/& illico turbatióe quadam mētis & animi pculsus magno studio deū orasse: cuius rei gr̄a id sibi accideret. Audiuissetq;

Eleazari epta ad Ptolomeum.

Theopompus.

Theodotus tragœdiarum poeta

per somnium qa res diuinas lenocinio inquinatis hoibus aderet. Ego quoq; ipse inquit a Theodoto tragœdiarum poeta accœpit/quod cum nonnulla e iudaica scriptura ad fabulam quandam transferre uellet luminibus captus fuerit: qui quoniam credidit hac de causa id sibi euenisse magno tpe pœnitentiam egit/& tandem sibi uisus fuerāt restitut9. Tunc rex magna cum diligentia sancte scripturam iudaicam iussit reseruari. — Theodotus poeta

De Vita & disciplina mosayca. Cap. II.

nVnc disciplinam Mosaycam ut doctissimi iudeorum scripserūt exponā. Philo igitur de iudeorum ab ægypto egressu in primo libro quos de hypotheticis inscripsit ubi pro iudeis quasi aduersus eoꝝ accusatores his uerbis utitur. Populus iquit iste qui a Chaldeo parēte traxit originem a syria in ægyptum translatus post multos annos/quoniam multitudinem eorum ægypt9 nō capiebat & magnitudine animorum/ac simul qa somniis ac uisionibus exitus ei diuinitus significabat magno pere in eam terram unde maiores sui in ægyptum ꝓfecti fuerant redire cupierūt. Quo facto a deo creuerūt ut ad hæc usq; tempora iudæorum genus durauerit. Et paulopost ducebat autem eos uir unus quem si uis nihilo præstantiorem cæteris putato. Petūt.n. multi eum obprobriis arte quadam malefica & lenocinio uerboꝝ oia illi confecta fuisse dicentes: Sit sane/sed artificium tamen illud maleficum & uersutia hois non modo uniuersum populum a siti fame cæterisq; periculis quæ quotidie locoꝝ asperitate & sollitudie accidebāt liberauit ac uelut i copia rerum oium aliud/uerum ēt longe ab oi seditiōe & sibi obtemperantes obtinuit. Nec breui tempore ista sed tanto seruata sunt/ quanto nec domus una in pace atq; concordia conseruari facile potest. Itaq; non sitis nō fames non calamitas aliqua non futurorum formido non ignoratio euētorum aduersus maleficum illum uirum seductos populos icitauit. Quam igitur uis artem aut uerboꝝ lenocinia aut prudentiam aduersus tot tantaq; accidētia quotidie mala suffecisse? Aut.n. subditus illi populus natura obtemperans/humilis: & peritia futurorum munitus libenter eum sequebatur/aut si illi mala fuerant deus dura oia eis mitigabat/ & tam præsentium q̄ futurorum notitiam Moysi concedens effecit: ut tandem ab oi periculo populus su9 euaserit. Vtrum.n. isto tum concesseris magna laude Moysem certe affeceris posteaq̄ i. terram istam uenerūt & q̄ quo pacto eam consecuti sunt diuiæ litteræ significant/malo tamen ego probabili coniectura q̄ ueritate historica uti? Vtrum.n. qspiam uoluerit ipse concedam aut multitudie aut armorum peritia syrios & phœnices priæ propugnantes uicisse/aut ui qdem nihil fecisse/sed a dantib9 sponte regionem accæpisse/ac non multo post pie & sancte uiuendi omnem disciplinam constituisse. Alterum enim fortissimos eos uiros alterum a deo sic amatos significat/ut ēt inimicis suis uenerabiles uiderentur/ qppe hostes atq; inimici erant eorum a qbus regionē ubi & ipsi & maiores sui nati educatiq; fuerant repente auferre uoluerunt. Quomodo igitur nō est mirabile atq; diuinū si quasi melioribus sine ulla ui sponte hostibus cessisse fatearis? post hæc nescio quid primo quid secundo collocabo/probitatem ne legis/an obediētiam sanctitatem iustitiam & pietatem illorum qui uirum illum a quo legem accæperunt sic admirati sunt/ut quicquid ille uellet/hoc deum uelle putarent. Nam siue prudentia illius hæc agebantur/ siue a superiore quadam uirtute doctus faciebat/ad auctorem deum omnia reducūtur. Mirabile nempe mihi uidetur duobus annorum milibus immo maiore tempore iam fere transacto/non enim exquisitissime annorum possum dicere numeꝝ nec uerbum unum in lege illius esse immutatum/sed centies unusquisq; Iudæorum morietur: q̄ legi mosaicæ derogabit. His dictis compendio trāscurrit disciplinam ciuilem: quā iudæi lege mosaica tenuerunt deinceps. Nihil inquit huiusmodi apud iudæos est non forum & iudi-

Mosis a quibusdam magus et impostor existimatus.

Philo — Judeorum leges optime

cia/nō postergationes & moræ/nō lites & accusationes/sed oia uera simplicia & cōstan tia. Si adulteratus es/si uim intulisti/si fornicatus/si aliquid horū feceris morte punieris/ si seruum si liberū uituperaueris/si uinculis premis/si abductū uendideris/si priuata si sa cra sublegeris si impietate usus fueris/nō opere solū uerū etiā uerbo/propitius autē no bis sit deus qui hæc cogitauim9 si in patrē si in matrē aut in benefactorē tuū morte mo rieris nō cōmuni/sed lapidibus obrutus/præterea mulieres uiris seruire oportere nō ad cōtumeliā/sed ad obedientiā parētes in filios ad salutē eorū habere imperiū/ unūquēq; suorū esse dominū/nisi deo ea obtulerit. Nam si uerbo solū deo dedicauerit/tāgere am plius nō licet dei oblata neminē rapere nec aliena oino furari/uerū etiā si uerbum emise rit quo sua oia deo oblata esse uideantur/ac demum pænitētia ductus tangere audeat/ aut ad alium sensum prolata sibi uerba interprætetur/animam amittat. Sed longū esset omnia dicere. Innumerabilia præterea sunt moribus de consuetudine sine scripto serua ta/quæ quis odit nō faciat/quæ nō locauit non tollat/nec a prato nec a torculari nec ab area magnū aut paruū aliquid auferat: Ignem potēti dare aquarū fluenta nō includere/ in opibus & mancis opem petētibus stipem propter deū esse cōcedendam/mortuis se pulchri locū nō esse negandū/mortuorū sepulchra nō mouere nihil mali cuiq; inferre/ nō obtundere aut eiicere sperma/nulla ui fœcunditatem muliere retardare nō aliter uti animalibus q̄ deus & lex uoluit/semina nō dispergere/iugum nō imponere iniuste nō habere modū præter mensurā/nec nūmum adulteratū/amici arcana inimicitias lapsus nō patefacias/nō superes liberos a parētibus etiam si captiuos habeas nō uxorē a uiro etiā si argēto tuo emeris/hæc maiora pulchrioraq; sunt illa parua multis uident̃ nō de struere domi nidū. Nullius aialis preces cū ad te lamentanti simile refugiat cōtemnere uelis. Sed lex quæ ista iussit magna cura seruanda esse cōstituit maledicunturq; qui nō seruant/& deus ipse qui omnia perspicit ultor inuocatur. Et paulo post nō semel sed se pius immo uero singulis diebus septimis propter malos hæc repetuntur/ maledicūtur q; qui nō seruant. Ita nō solum ad agendū exercitatos/uerū etiā legū peritos legislator singulos effecit/septimus enim diebus in diē congregari uoluit/ut cōsidentes scripturā audiant/ne quis se quis se ignoratione possit excusare. Ita cōueniūt semp & sedentes ma gno cuncti utuntur silētio/nisi ad laudē dictorū uerbum aliquod cōmuniter emiserint. Sacerdos aūt aut de senioribus unus legem recitat & exponit/fitq; p totū id diem septi mum usq; ad uespertinū crepusculū/deinde abeunt & sacrarū legū peritiores & pietate multo munitiores. Num ociosi septimū peragere diem iudæi tibi uidentur/an hæc quæ faciunt cæteris oibus necessaria magis ducis/hac enim re fit ne a iure cōsultis quid faci undum sit quererēt/nec per ignorantiā fallāt? Sed unusquisq; facile de legibus atq; mo ribus iterrogatus respondeat/& uir uxori: pater liberis: dñs seruis legis pcæpta tradat. Facile de septimo quoq; anno q̄uis non similiter dicere possumus/non.n.ipsi ab operi bus sicut septimis diebus cessant/sed agros ipsos cessare patiuntur/ut uires ad futura su scipiant. Multo.n.fœcundiores redduntur/si eum cessauerint/in noualia rursus prosci duntur/quod ēt corporib9 hoium accidit/semper enim eūdem ferre laborem & ualitu dini obest: & robur animi atq; corporis deiicit. Sed si qs iudæo polliceatur fœcundio rem in septimo āno agrum futurum si eum coluerit: nequaq̄ id facere patietur/nam & ipsi a laboribus accipere se uolunt/& agros aliquādo qescere: ut & ipsi lætiores & agri fœcundiores alio initio laborum sumpto efficiant̃. Magnæ autem humanitatis eorum illud præcipue signum est. In septimo anno quoq; ipsi ab agriculturæ laboribus absti nent/si quid sponte agri protulerint non colligunt neq; deponunt/sed quia nullo suo la bore productum est/communiter cuicūq; uolenti omittitur. Quare autem septimum

numerum ita lex honorauit/nemo a me quæret/qui a medicis atq; philosophis de uir-
tute quam ad oia maxieq; ad naturam humanam possidet audiuit. Hæc Philo/Similia
uero ipsi & Iosephus in secũdo de antiqtate iudaica hoc pacto cõscripsit ab ipsis reb9.
Si qs cæterarum gentium leges nostris conferret: diligenter uideret: licet qsnam maxi
me tam iustissimas leges q̃ pietatem in deum ueram hostib9 tradiderit. Nam cum ifini
ti gubernandarum ciuitatum modi in hos paucos generaliter reducuntur: ac alii prici-
patu unius alii paucorum potentia: alii totius populi iudicio gubernent͛: nostræ legis
conditor hæc oia despexit/& soli deo (dicam.n.ẽt si durum uideatur) gubernationem
iudæorum attribuit/ad illum.n.tanq̃ oium bonorum causam respiciendum solummo
do cẽsuit: quem nec factum ullum nec cogitatum fugere potest/q cum imortalis æter
nusq; sit/oia potest/nec alia nobis rõne quã creaturis suis cognoscitur. Hæc.n. de deo
opiari oportere sapientissimi ẽt græcorum pricipiis ab illo sumptis testantur. Nam &
Pythagoras & Anaxagoras & Plato multiq; alii hæc ipsa sensisse uidentur. Sed paucis
hac ueritate tradita in multos efferre ausi non sunt. Nostræ autem legislator quoniam
opera legibus consona effecit/non solum sui temporis iudæos sed omnes usq; ad hunc
diem in ueram creatoris pietatẽ reduxit/atq; reducit: cuius rei causa est: quoniam & le-
ges ipsas utilissimas oium tulit. Non.n.uirtutis partem pietatem esse docuit: sed omnes
uirtutes pietatis esse partes declarauit/& ipsas uirtutes iustitiam dico/modestiam/forti
tudinem/ciuium iter se cõcordiam altius oibus impressit. Omnes.n.opationes nostras
oia uerba & cogitationes ad eũ referendas esse uoluit/nec aliqd horum icastigatũ reli-
quit. Duplex.n.disciplina morũ est. Nam cum & doctrina qd faciundum sit discimus:
& exercitatione faciliores ad agendum scimus/alii quidem legum latores altera solum
modo rõne usi sũt. Nam Lacedæmonii atq; Cretenses non uerbis sed re atq; consuetu-
dine istituebant. Athenienses autem & cæteri pene græci omnes quæ faciẽda essent uel
non: legibus iubebant. Re aũt atq; opera ad consuetudinem bene uiuẽdi reducere ho-
mines neglexerũt. At uero Moyses diligenter hæc utraq; coniũxit/nec rectam uiuendi
consuetudinem doctrina priuauit nec doctrinã procul ab exercitatõe iacere passus est:
sed a primis statim alimentis incipiens domesticum uiuẽdi usum ita complexus est: ut
nihil adeo paruum sit: quod uoluntati utentis prætermiserit: sed quæ comedẽda sũt: &
a qbus abstinendum/ac de oibus quæ simul uiuunt: de diligentia p̃terea in agendo: ac
de reqe a laboribus legem quasi regulam posuit: sub qua tanq̃ sub patre ac dño uiuen-
tes nihil ex ignoratione peccamus. Nõ.n.semel aut bis/sed singulis hebdomadibus ab
oi labore qescentes ad audiendam legem conuenire iussit: ut p̃cæptis eius maxie oium
cognitis nemo se posset per iprudentiam purgar͛: quod cæteri omnes legum cõditores
ita reliquerunt: ut plurimi uere hoies tunc tandem qcquam prohibitum esse discãt: cũ
iam præuaricati sint: & q p̃cipuos maximosq; gerunt magistratus ignorantiam legum
præ se ferũt: cũ legisconsultos se cum semper habeant assistentes. Quecũq; uero iudæ-
um de Moysi legib9 iterrogaueris/facilius tibi omnes percurret quam nomen suũ pro
ferre posset. Ita fit ut ab ieũte nobis ætate leges imprimant͛ & raro qdem aliqs transgre
ditur/& si qs transgressus fuerit: nullo pacto pœnam deprecari potest. Qua ex re mi-
rabilis generi nostro concordia inest. Nam & qa eadem omnes de deo sentim9: & qa
in uiuendi morib9 nulla differentia est: summa omnes concordia coniũgimur: Nõ au-
dies.n.apud nos diuersas de deo sententias quod apud alios non uulgares tantum ue͛
etiam philosophi factitant/quorũ alii nihil omnino deum esse cauillantur/alii deum es-
se concedentes gubernationem rerũ ipsi cõcedere nolũt. Apud nos autem a mulierib9
ẽt & seruis audies omnia nostra studia ad deum referri oportere/unde factũ est ut nõ-

nulli tanq̃ magos atq; inertes nõ accusent/quia nouarꝝ rerũ inuẽtores nõ sumus/quod apud alios ita laudatur ut qui patria cõsuetudine cõtempta innouare quicq̃ potuerunt sapientes fuisse uideant̃. Nos autẽ ecõtra id præcipuum prudẽtiæ atq; uirtutis munus existimamus/ut nihil omnino cõtra legẽ aut facias aut cogites/quæ res maximo argumento est leges Moysi optime atq; diuinitus latas esse/nam quæ aliter se habẽt/experiẽtia redargutæ ceciderũt/nostræ autẽ legis quidnam aliquis mutare queat? uel qd meli9 aut inueniet aut ab aliis accipiet? num uniuersum disciplinæ ciuilis modũ reprehẽdet? Sed quis iustior aut melior modus excogitabitur quã hic sit qui deũ principẽ ꝓposuerit/& sacerdotibus cõmuniter maximarũ rerũ gubernationẽ attribuerit/ac sũmo pontifici sacerdotis tum oium regimẽ cõmiserit/quos nõ censu aut genere sed uirtutis præstantia ad dei cultũ assumpsit/& legis aliarũq; rerũ curã illis cõmisit/ut ipsi & dubia decidant & peccantes puniant. Quis igitur principatus hoc melior aut qs maior deo potest honor afferri? Tota quippe multitudo piissime deũ colit/& sacerdotibus maximarum rerum cura cõmittitur. Ita fit ut tota disciplina ciuilis quædã solẽnitas esse uideat̃. Nam quæ paucis diebus uix alii faciunt mysteria & dies festos appellãtes/hæc nos toto aĩo firmaq; sententia multis sæculis & conseruauimus & conseruamus. Vide autẽ q̃ ueræ simplices integræq; nostræ opiniões sunt: Primũ enĩ omnium de deo opinamur quod ipse perfectissimus atq; beatissimus sit/sibi atq; cæteris sufficiens/oĩum ipse rerũ principium/ipse medium/ipse finis/operibus notissimus atq; manifestissimus/substantia penitus inuisibilis/cui simile nec uiderẽ nec excogitare quicq̃ possumus: Quare nec materia ulla ad imaginẽ eius suscipi nec ars imitari eũ fingẽdo potest. Opera eius oculis cernimus/cælũ terrã solẽ lunam lucẽ fluuios mare aĩalia plantas quæ ipse fecit non manibus neq; labore nec alicuius auxilio sed cũ uoluerit oĩa bene fieri/omnia illico bona facta sunt. Hic sequendus oĩbus hominibus est atq; colendus/colitur autẽ sanctissime operatione uirtutis. Vnum est templũ unius dei amicũ enim omnib9/quod simile est cõmune tẽplum oĩbus est quia cõmunis deus est hunc sacerdotes præcipue colãt/quibus unus præest huic/qui nõ obtẽperat tanq̃ impius punitur. Sacrificia offerrim9 nõ ad repletionẽ ebrietatẽq; nostram quæ deo ac oĩbus probis odio sunt/sed ad emendationẽ purgationẽq; nostram in quibus pro communi prius salute oram9/deinde ꝓ nostra. Gratissimus enim deo est qui cõmunẽ salutẽ suæ anteponit. Petimus aũt a deo precantes nõ ut bona nobis cõcedat/q̃ sponte iam præbuit/sed ut capaces eorũ bonorum ita nos faciat ut cũ cœperimus nõ efferamur Sacrificãtes a luctu ab uxore aliisq; permultis abstinere lex iubet. Hæc de deo sentire mosaica lege didicimus. Longũ esset omnia percurrere quæ de nuptiis connexioneq; sexuum cũ uxore ad procreandũ constituit/q̃q̃ seuerissime præter naturã agẽtes ulciscitur/quæ de latrocinio atq; furto/quæ de rapina & ui/quæ de liberis educandis/quæ de parẽtationibus mortuorũ/ut nõ magno sumptu neq; magnificẽtia sepulchrorũ caritateq; fiant/purgari autẽ a cadauere uenientes iubet quasi imundos/ut hinc discamus q̃ magna imundicies in cæde hominis sit. Parentes secundo loco post deum honorari iussit/& ingratũ aduersus parentes hominẽ lapidibus obruendũ esse cẽset/seniores a iunioribus honorari præcæpit/nihil inter amicos occultũ esse uult & si dissidium acciderit amici arcana efferri nõ sinit: Iudici muneribus corrupto mortẽ intulit/qui nõ auxiliatur supplicanti cũ possit reus secũdũ legem est/nõ tollas quod nõ deposuisti/nõ tangas alienũ/nõ mutues fœnore. Innumerabilia huiusmodi sunt/quibus societas nostra & disciplina ciuilis inter nos cõtinetur. Sed nõ est prætermittẽdũ quomodo erga alienigenas affectos nos esse uoluit/ sic enĩ diuinitus hãc rem etiam curauit ut nec nostra corrũpi possent/nec inuidere his posse-

Deus quid & cuiusmodi secundum iudeos.

Preces ad deum quales

Parentes secundum deum colendi.

mus qui legē nostrā recipere uelint. Quicunq; enim nostris legibus uiuere desiderant omnes humaniter suscipiendos iussit/cū nō genere sed uiuēdi disciplina coniunctionē hominū distinguere uideatur/siqui autē nō integre sed simulatione accedūt hos repellēdos impat/ne cōuersatiōe sua corrumpamur. Cætera uero quoꝝ usus necessarius est petentibus danda esse cōstituit/ignē aquā alimentū cæteraq; huius/ut uiam ignoranti ostendere/insepultū hominē nō negligere. Quam humaniter autē gerenda bella esse censuerit idē patet/qm̄ nec igne nec ferro agros hostiū populari dimittit/nec eos spoliare qui ceciderūt in prœlio/nec captis iniuriā inferre maxime mulieribus/ tantaq; facilitate ac māsuetudine fuit ut uel brutorū aīalium curā hubuerit/nam usum cōgruentem eorum nobis cōcedens crudelius ea tractare prohibuit/nec interficere finit si quæ quasi supplicantia ad nos refugiūt/parcendū etiā in hostili regione/nec interficiēdum animalia illa uoluit/quorū labore homines iuuant̄. Sic undiq; cū docendo tum puniēdo a uitiis ad uirtutē reduxit. Mors enim iminet si adulteratus es/si puellam rapuisti/ si marem tentasti/si tentatus cōcessisti/de aliisq; oībus punitiōes rebus cōuenientes absq; deprecatione cōscripsit. Seruatoribus autē legū præmia proposuit/nō argentū neq; aurum nec oleastri aut hederæ serta & inane quoddā præconiū sed & ipse prædixit & deus miraculis cōfirmauit. Siquis etiā mortuus esset pro lege/uiuet tamē & meliora maioraq; præmia cōsequetur. Vnde factū est(nō enim uereor dicere quod res ipsa prædicat)ut multi magno animo sūmos crucia tus & mortē ipsam subire maluerint q̄ quicq̄ facere aut dicere præter legem. Et certe si gēs nostra ignota cæteris hominibus esset nec legis nostræ sanctitas ullo modo cognosceret̄/& aliqs oīa diligēter scripta græcis nunc legeret/narraretq; talē se aliqua in orbis parte uiuendi uidisse disciplinā/quā multis sæculis cū sūma in deū pietate seruatam diceret oēs admirarent̄. Nullus enim uere sanctiores leges excogitauit/nec tot sæculis leges suas animis hominum firmiter imprimere potuit. Prætermitto Platonē qui ueram opinionem de deo in multitudinē efferre nō esse tutum confitetur/& leges uerbis inanibus cōscripsit/unde nulla utilitas nisi forsan eloquentiæ cōsecuta est. Lycurgum autē homines admirant̄/& spartē in cælū efferunt. quia longo tēpore leges illius inuiolatas Spartani cōseruarunt/quæ res certe non paruæ uirtutis est/sed illi breui tempore id fecisse inueniunt̄ si quis eos cum Iudæis cōperat/qui nō minus ferre quā duo annoꝝ milia in legibus permanēt. Preterea Lacædemonii liberi quidē leges seruabant/q̄primum autē fortuna mutata fuit/totius uiuendi disciplinæ oiumq; suarū pene legum obliti/nos autē sæpius aduersa fortuna multo magis quā cæteri hoīes uexati/nec ēt in summis periculis legē nostram tradidimus.

¶Eleazarus apud Aristeum de allegorico sensu scripturæ. Cap. III.

h Aec Iosephus de mosaica iudæorum disciplina. Multa uero dicere possem de occulta legū uirtute & allegorica speculatione/sed tangam pauca quæ ab Eleazaro atq; Aristobulo summis apud Iudæos uiris nobilissimisq; q Ptolemæi tempore perfluxerunt/quorum alter Eleazarus pōtificatus etiam dignitate insignis fuit/ut paulo ante scriptum est cum de traductione scripturæ in linguam græcam diceremus/qui regiis legatis uirtutem scripturæ occultam esse ostendens his uerbis usus est/ ut Aristeus alter ex legatis conscripsit. Dignum autē est inquit nōnulla eorum quæ ab eo audiuimus breuiter ponere/præcipue quoniam temere quædā de puris atq; impuris animalibus in lege scripta multi arbitrantur. Interrogatus enim a nobis quamobrē si a deo uniuersa creata sunt impura nonnulla scriptura uocitat/a quibus abstinendum esse iubet/ita diseruit. Vides quantam uim habet conuersatio atq; cōsuetudo/ malos.n. homines si cum improbis/laudabiles si cum probis cōuersantur facile facit. Primū igi-

tur legũ diuinarum lator ita cũcta deo patere ostendit/ut nihil agi nihil excogitari possit quod eũ lateat/deinde cæteros omnes homines falso multitudinẽ deorũ introducerẽ docuit/cum ipsi multo præstantiores sint q̃ dii sui quos uenerant/quorum simulachra lapidea uel lignea tanq̃ imagines eorũ qui ad uitã sibi nõ nihil cõtulerũt adorant sensum ipsi habentes ea quæ insensata penitus sunt.Cur autẽ oĩno quasi dii a gẽtibus coluntur illi qui ad usum humanæ uitæ aliquid inuenerũt/cum nõ fecerint neq; produxerint ipsi quicq̃/sed meliorẽ eorum quæ sunt usum excogitarint/aut cur hodie quoq; multi non adorantur cũ antiquioribus ad inueniendũ excogitandũq; multa sagatiores acutioresq; sunt?Nam de ægyptiis quidẽ nescio qd dicere oporteat/bæluas enim & serpẽtes & uiuos & mortuos uenerant.Hæc igitur inspiciens diuinus ille uir mœnibus ferreis & inuiolabili ualle a cæteris gentibus separare nos uoluit/quo pacto facilius corpore atq; animo imaculatos longeq; ab huiuscemodi falsis opinionibus remotos fore uidebat/ut solum uerũ deũ præter cæteras gentes adorãtes illi solũmodo inhæreamus.Vnde factũ est ut a nõnullis ægyptiorum sacerdotibus qui disciplinã nostrã altius cõsiderarũt dei homines gẽs nostra sit appellata/quod nemini nisi deũ uerũ colat accidere potest.Nec id iniuria/reliquis enim cibo potui uestituiq; inhiantibus nostri omnibus istis cõtemptis per totam uitã de oĩpotẽtia dei cogitant.Ne igitur conuersatione atq; cõsuetudine aliorum corrupti ad impietatẽ eorũ deferamur/cibi & potus tactus & auditus atq; uisiõis purificatione legali nos a cæteris seperauit.Cuncta enim ab una potentia omnipotẽtis dei gubernata naturali ratione similia sunt/q̃uis singula a quibus abstinemus & quibus utimur profundã habeant rationẽ/quorũ unũ aut alterũ exempli gratia ponam/ne putes temere de rebus tam paruis a Moyse fuisse conscriptũ/sed oĩa uideas ad prohibitatem hominũ & iustitiæ perfectionem sancte pertinere.Volucres enim oẽs quibus utimur domesticæ mũdæq; sunt tritico aut leguminibus conutritæ/ut columbæ turtures perdices anseres cæteræq; huiusmodi quæ uero prohibitæ sunt eas rapaces carnibusq; aliarũ auiũ nutriti cõperies/a quibus agnis hædisq; raptis hominibus quoq; tam uiuis q̃ mortuis infertur iniuria/quæ oĩa merito imũda nominauit/ut uel hinc rapina & cæde nos deterreret/& ad iustitiã hortaretur/moneretq; iustissime atq; pacifice uiuere/sicut omnes uolucres mundæ quæ nulli auiũ nec omnino aliis iniuriãtur.Ita his quasi symbolis ad iusticiã intelligentes cõuertit.Nam si animalia huiusmodi tangenda nõ sunt propter imundiciã suã/quales erunt hoĩes qui prauitate morũ illis se similes reddunt.Omnia igitur hæc tropologice sanctẽq; itellecta plurimũ conferãt/cõsideratio eni ungulæ fissane an contra sit distinguẽdos esse singulos actus probe significat/quos qui nõ distinguit oẽs quasi pecora parẽtes simul & filiæ sorores & fratres/quodq; nec in pecudibus inuenitur mares inter se cõmiscentur/a quibus oĩbus nos longe absumus.Vnde marifice una & hunc distinguẽdi modũ docuit/& uitæ cõstitutionisq; nostræ habendã esse memoriã monuit.Cum eni dixisset quæcunq; ungulã scindunt/adiecit & ruminãt.Nihil enim aliud per ruminationẽ signat q̃ uitæ cõstitutiõisq; nostræ ut dixi memoriã habẽtem uiuere.Hoc uita alimento cõseruatur.Ita & alibi iubet dicens.Memoria recordaberis domini dei tui qui fecit in te magna & mirabilia.Ingenita enim profecto sũt si quis diligẽter considerat formatio corporis/alimẽti dispensatio/& ad singula mẽbra mirabilis trãnsitus/ac multo magis sensuũ uis mẽtis agitatio & sũma uelocitas/unde singulæ quoq; artes inuentæ sunt.Quare monet memoria tenẽdũ oĩa quæ diximus diuina uirtutæ & fieri & gubernari/loca deinde ac tẽpora omnibus accõmodauit ut semper & ubiq; dei memoriã habeamus & incipientes quicq̃ agere & desinentes/& cũ inter agendũ sumus cõstituti/iam cibi & potus tam mundiciæ q̃ immundiciæ q̃ primitiis/quibus fa

Vngula bifida an solida.

ctis postea utimur ad deũ nos cõuertit. Præterea p uestitũ etiã simile fecit/qd plura? In ipsis quoq; ianuis præcæpta dei scribe iussit ut continuã eius haberemus memoriã/ & in manibus ipsis circumferre ipsa uoluit/ut ostẽderet oia nobis iuste faciunda creatorẽ timẽtibus/& nostræ creationis memoriã firmã retinentibus. Iubet enĩ siue quis dormitũ eat/siue a lectulo recipiat/siue ambulet/siue sedeat/de opera sibi esse meditãda: & in singulis dei potẽtiã qua sumus & possumus nõ uerbis tantũmodo/uerũ etiã cogitatione atq; aĩo admirandã laudandã amandã. Sed de cibo ac potu dicta sufficiant. De sensibus autẽ ita iussit ut nihil audiendũ nihilq; tãgendũ uelit quod ĩmundũ sit: & hoc simili quadã ratione Rapaces.n. prauæq; bestiolæ sunt/aquarũ tactu nos ꝓhibuit sicuti catæ ac mures pestifera quædã animalia & oĩno inutilia hoibus/ita lex nostra nec uerbo nec opere iniuriose queq̃ dicere aut facerẽ pmittit/& tam expresse q̃ per signa & symbola omnibusq; modis nõ fabulose sed ueris rerum indiciis ad iustitiã & oipotẽtem nos deum cõuertit/omnis enim mentio mundoꝝ atq; ĩmundoꝝ animaliũ ad hæc refertur. Videbatur igitur mihi Eleazarus recte ad oia respondisse/nã etiã uitulos arietes & iuuencos nõ siluestres/sed domesticos offerẽdos dicebat ut qui sacrificabant hac re intelligerent mites se atq; humanos esse oportere/præsertim cũ oblatũ affectus animi significet. Hæc Eleazarus ad legatos qui ad eũ de interpretatiõe legũ a Ptolemæo missi fuerunt quibus aperte significauit ꝓfundã quadã rationẽ ac allegoricã in lege diuina contineri/quã inuestigare deberẽt qui scripturã intelligere optarẽt. Aristobolus aũt ille cuius secundus Machabæorũ liber meminit queq; Aristotelica peritũ fuisse philosophia cõstat/similiter manus & cætera mẽbra quando de deo dicunt̃ intelligẽda esse in libro quẽ ad Ptolemæum scripsit his uerbis declarat. Veniamus nunc ad ea qbus ẽt tu o rex significari tibi uoluisti quid uelit dicere scriptura nostra cũ manus & brachia facies & pedes iter & quietẽ deo attribuat. Quæ oia cõuenienter intellecta rectam de deo sentẽtiam nõ fabulosam aut falsam cõfirmat. Magnæ nãq; res quæ sensibus nõ cadunt multis ꝓfecto modis a sensibilibus a scriptore legũ exponũtur. Et ideo qui recte intelligũt sapientiã illius & diuini spiritus gratiã quæ ꝓphetã eum efficit uehemẽter admirantur ex quibus prædicti philosophi fuerũt & poetæ etiam nonnulli qui propter illa quæ ab eo accæperũt maxime admirant̃. Qui uero a sensu eius profundiore remoti litteræ tãtummodo inhærẽt/nihil magni cum scripsisse arbitrant̃. Explanabo igitur singula breuiter atq; clare quantũ in me situm est q; si longe a ueritate abfuero nõ scriptori qui recte ac profunde omnia edidit/sed mihi parũ diuinas illas leges intelligẽti temeritatem attribuas. Manus igitur etiam nobis multis modis dici apertissimum est nam cum magnum exercitum & legiones tuas aduersus hostes mittis magnam manum te habere dicere uulgo solemus/& omnes qui audiunt uires tuas per manũ significari non dubitant quod etiam Moyses designauit dicens. In manu potenti eduxit te ab ægypto deus & alibi a persona dei. Mittam manum meam & percutiam ægyptios/& rursus ad ægyptiorum regem. Ecce manus domini inquit erit in pecoribus tuis & in omnibus agris mors magna quibus potentia de iure significatur. Vis enim hominũ & actis omnis in manu eorũ sita esse translatiue dicitur. Iccirco legis scriptor uocabulũ manus ad potentiam dei trastulit. Quies autẽ diuina nõ iniuria utputo dici potest stabilis creaturaꝝ duratio atq; immobilitas/quã esse percipimus/quia deus cui omnia subiiciũtur ita cõstituit/nũq̃ enĩ cælum in terram conuersum est neq; terra in cælum mutata nec sol luna neq; luna sol facta est. Et in animalibus similiter nõ est/est enim in naturam hominis fera conuersa/nec homo in bæluam unq̃ pertransiuit. Hæc igitur quies atq; stabilitas diuina dici potest. Descendisse in mõtem ẽt tempore quo lex ferebatur scriptura deum per

hibet/ut omnes operationem dei conſpicerent: quam deſcenſum appellamus. Scribit
enim exarſiſſe montem igne qñ deus deſcẽdit/tubarũq; uoces exauditas fuiſſe/cũq; to
ta multitudo nõ pauciores q̃ decies centena milia eſſent ꝑ qnq; dies in oĩ loco mõtis ar-
dens ignis aſpiciebatᷣ. Ita deſcenſus ille nullum localem motum ſignificat/ubiq;.n. deus
eſt: ſed uiribus ignisq; mirabiles ſunt quia uniuerſa cõſumũt quinq; dieꝝ ſpatio ſic ardẽ-
tis ut nihil ibi cõſũptũ fuerit/ſed ipſa quoq; herbaꝝ uiriditas itacta ꝑmãſerit/ tubarũq;
ſonitu itollerabili nullis edito inſtrumẽtis deſcenſus dei oĩbus ſignificatᷣ. Deſcẽdit enim
quoniam uoluit diuinis iudæorum genus legibus communire. Hæc Ariſtobolus.

¶De Eſſeis q priſcis tꝑib⁹ apud iudæos ſublimi uiuebant philoſophia. Cap. IIII.

Erum quoniã diuinarũ legum ꝓcepta ꝑcurrimus/& formã allegorici ſenſus
tetigimus/illud prætermittendũ non eſt uniuerſam iudæoꝝ gẽtẽ in duas ma
xime partes fuiſſe diuiſam/unã quæ præcepta legis certo quodã litteræ ſen-
ſu ſequebatᷣ/alterã quæ maiore philoſophia firmata altius atq; ſubtilius oĩa ſpeculabatᷣ/
qui & philoſophi iudæorum eſſe putabantur/horum diſciplinam oẽs qui nouerunt ue
hementer admirati ſunt. Ioſephus uero atq; Philo iudæi ꝑpetuæ memoriæ uitã eoꝝ cõ
mendarunt/itaq; ne tam ſublimes uiri neglecti eſſe uideantᷣ a libro Philonis quem ꝓ iu
dæis cõpoſuit nõnulla ſumẽda mihi eſſe arbitror. Præter cæteros inquit quos pene inu-
merabiles ſanctio moſayca ad bene uiuẽdum incitauit. Eſſæi ſummi oĩum atq; maximi
ſuut ab hoſiotete ideſt græca lingua ſanctitate (ſicut mihi uidetᷣ) appellati / quoꝝ ſecta
non gñe ſed uirtute atq; humanitate diſcernitur. Itaq; nemo puer nemo adoleſcens pro
pter iſtabilitatẽ ætatis ſed uiri oẽs aut ſenes ſunt/qui nullo corporis morbo nulla animi
ꝑturbatione feruntᷣ/ſed uera ſoli hoĩum libertate fruuntᷣ/cuius rei uita ſua teſtimoniũ
præbet. Nemo ꝓprium aliquid poſſidet/non domus non pecus non uas aliquod: ſed oĩ
bus in medio poſitis cõiter utuntᷣ/habitant ſimul & conuiuunt quaſi ſodales/cũq; oĩa ꝓ
cõi utilitate faciant/alia aliorũ negocia ſunt/quæ impigre ſubeuntes certant non frigus
non calorem non aliquam mutationem aeris formidantes/ſed ante ortum ſolis ad ſoli-
tos labores uerſi crepuſculo ueſpꝛino cum gaudio redeunt/non aliter q̃ qui certamine
gymnico exercẽtur. Meliora enim & iocundiora tam animo q̃ corpori ea certamina pu
tant/quæ non ſeneſcunt cum corpore. Sunt autem eorum alii agricolæ/alii paſtores:
alii apium cultores/alii harum artium magiſtri/ita ut perfecte inter ſe uiuant aliis nõ in-
digentes/nihil facere recuſant/quod cum utile ſocietati ſit turpe non eſt. Cũq; a labori-
bus ſuis mercedem cæperint apud eum deponunt qui quæſtor creatus eſt. Is oĩa diligẽ
ter procurat quibus egent/egent autem pauciſſimis/cum omnem luxum tanq̃ animæ
atq; corporis morbum aſpernentur. Communis eſt ipſis non menſa ſolum uerũetiam
ueſtis tenuis quidem omnis ſed grauior in hyeme/quæ in uno depoſita loco eſt / unde
unuſquiſq; indifferenter aſſumit. Aegrotatio quoq; corporis ſi acciderit ſtudio atq; cu-
ra omnium & re communi curatur. Seniores ſi abſq; liberis naturæ concedunt fœliciſſi
mi omnium putantur honorari a cæteris nõ minus q̃ ſi eos genuiſſent: & quoniam acu
tiſſime matrimonio huiuſmodi ſocietatem facile diſſolui poſſe perſpexerunt/uxorẽ du-
cere omnino recuſant caſtimoniæ ſummopere ſtudentes. Nimiũ enim mulier ſe ipſam
amat & zelotypia maxime mordetur/ac uiri mores artificio quodam atq; lenocinio faci
le poteſt in peius peruertere. Si uero etiam liberos uiro pepererit/quæ pri⁹ aſtute facie
bat ea iam audacter atq; aperte aggreditur/omniq; ui regere maritum conatur. Q uare
uxor huic ſocietati inimiciſſima iudicata eſt/non ſeruat.n.mores/nec probus erga om-
nes eſt qui aut uoluptate uictus aut liberorum amore ſuperatus in ſeruitutẽ uxoris de-
ductus eſt. Hac uita eoꝝ fit ut nõ priuati ſolum uerũetiam reges atq; principes eorum

philosophiam plurimū admirentur. Hæc quidē a pologetico Philo scripsit ut diximus
In eo uero libro quē inscripsit oēs studiosos liberos esse ita de Essæis narrat. Palestinā
maxima gens Iudeorum habitant/inter quos qui dicunt̃ Essæi cōperiuntur plures nu-
mero ut ego opinor/q̃ quattuor milia Essæi dicti quasi sancti græce/quoniam dei culto
res præcipue sunt nō animalia sacrificantes sed mentes suas uirtute munitas offerēdas
deo putantes. In ciuitatibus nō habitant existimātes ut cōtagionē aeris corporibus/ sic
cōuersationē uulgi aīo nocere. Horū alii agros colunt/alii pacificas artes ad utilitatē su
am & proximoꝝ exercent/nec argentū nec aurū reponunt/nec ingentes agros laudāt/
sed tantū colūt quantū necessitati possit sufficere. Hi.n. ex oībus pene hoībus soli pecu
niā & fundos negligētes uirtute ditissimi putantur facilitatē uiuēdi & paucorū indigen
tiā recte magnas esse diuitias iudicantes. Nemo eoꝝ tela enses galeas scuta cæteraq; bel
li factitant instrumēta/sed nec eas artes exercent quibus facile omnes improbitatē labū
tur/nulla mercatura nullus cauponatus nulla eius cognoscit̃ nauigatio oēs rapinæ oc-
casiones depellunt. Nemo seruus est apud eos/sed cū uniuersi liberi sint alteri alteris ser
uiunt. Omnes q seruis utūtur nō solū quia æqualitatē cōtemnūt tanq̃ iniustos oderūt/
uerūetiā quasi naturæ leges transgressos oīno despiciūt. Omnes enim aiūt quasi mater
eadē natura genuit/quare q̃uis nō uocemur sumus tamen re ipsa fratres auariciæ crimi
ne ab alienati/rationalē philosophiæ partē nō necessariā ad uiuendū/naturalē maiorē q̃
humana natura cōsequi posset putantes alterā sophistis alterā leuioribus reliquerūt ho
minibus illā philosophiæ partē solūmodo approbantes/qua de deo & de creatōe omni
um scrutamur/morali maxime inuigilant/ad quā absolute consequēdā paternis legib9
adiuuantur quas recte intelligere nemo sine diuino auxilio potest. Has semp quidē sed
maxime septimis diebus docentur. Dedicata enim septima dies deputatur/in qua cæte-
ris oībus neglectis ad sacra loca cōcurrētes quæ synagogæ appellant̃/ordie sub seniori-
bus cōsidere solent/legūturq; scripturæ diligēter & exponūtur a peritissimis / symbolis
enim prisco more scripturā uti maxime arbitrant̃. Discunt igit̃ pie sancte iusteq; uiuer̃
triplici regula utentes amore dei ardētissimo/uirtutis cultu diligentissimo/charitate ꝓxi
mi feruentissima. Quod igitur sūme deū diligant multa nobis argumēto sunt: Castitas
ꝑpetua: Iurisiurandi nulla ꝑmentio/mendacii/odiū/& præcipue ꝙ bonorū oīum nullius
mali causam esse deū opinātur ꝙ uirtuti studeāt patet quia pecuniā negligunt gloriam
spernūt uoluptatē oderūt/cōstantes seueri magniq; animi sunt/cæteraq; huiusmodi in-
numerabilia. Charitatis autē argumēta sunt beniuolentia societas æqualitas. Nullus enī
domū habitat quæ oīum cōmunis nō sit/unū ærariū unus sumptus oībus est. Præterea
uestis cōmuniter oībus proposita/cōmunis cibus & potus/cōmunis mensa/oīs uita cō
munis est: Quæ oīa multo magis illi opere faciūt q̃ alii uerbis significant. Nec mirum/
quæcunq; enim quotidie laborātes cōsequntur nō ipsi seruant sed in mediū afferrētes
cōmuni utilitati attribuunt/nō negligunt̃ apud eos ægrotantes/sed a cōmunibus curā-
tur. Seniores nō minus q̃ parentes liberi uenerant̃/huiusmodi hoīes sine græca doctri-
na mosaica philosophia effecit: quæ uirtutis opus hoībus ꝓposuit a qua libertas & ori-
tur & confirmatur. Nam cū multi atq; uarii diuersis tēporibus alii crudelitate carnificū
more uniuersam Iudæam uexarint/alii astuta simulatione adeo ad improbitatē cūctos
peruerterint/ac suæ ipietatis inhumanitatisq; calamitates hominū ꝑpetua monumenta
reliquerint: nullus unq̃ ita efferat9 fuit nullus ita ueterator ac malus ut Essæorū aut poti
us sanctoꝝ uitā criminari uoluerit/sed omnes probitate illorū superati quasi a natura li
beros putantes summa ueneratione atq; laudibus prosecuti sunt. Hæc Philo.

¶ De Deo & quod mundus creatus est. Cap. V.

Erum quoniã philosophoꝝ disciplina iam patuit & totius etiam multitudinis mores diuinis legibus minuti expositi sunt. Restare uidetur ut iunioꝝ theologiam pietati maiorũ idoneã atq; consentaneã ostendamus. Sic enim ꝑdiscemus quales in theologia & in cæteris disciplinis hebræi fuerũt. philonẽ igitur rursus primo libro super legem audiamus. Nonnulli ait mundũ magis q̃ auctorẽ mũdi admirati nõ ortũ/sed æternũ esse mundũ putauerũt/male nullũ pene opus deo attribuentes/cũ ecõtra oporteret dei quidẽ uirtutes quasi creatoris atque patris admirari/mundo autẽ non maiorẽ q̃ creaturæ cõueniat laudẽ attribuere: At uero Moyses qui & ad sũmum philosophiæ peruenit/& dei responsis secreta naturæ didicit optime cognouit necesse esse ut rerum aliud quidẽ agat cũ sit integerrimus intellectus atq; purissimus omni scientia ꝓstantior omni bono melior omni pulchritudine formosior/aliud uero inanime ꝑ se atq; immobile sed ab intellectu cõmotũ atq; formatũ ꝑfectissimũ opus hunc mundũ effecerit. Quem qui fuisse ortum negant perutilẽ atq; ad pietatẽ necessariæ prouidẽtiæ uirtutem radicitus sustulerũt. Patrẽ.n.atq; auctorẽ operi suo prouidere ratiõe probatur/pater.n.omnis atq; actor ea que genuit aut fecit diligẽter studet cõseruare/quæ opprimere possunt expellens/quæ utilia sunt suis acquirens/ad id uero quod non fecimus nulla coniũctio nobis est. Perniciosa igitur res oĩno est ut sine principatu ciuitatẽ sic mundũ sine auctore ac iudice a quo uniuersa gubernent̃ cõsistere posse putare. Mirabilis igĩ ille Moyses quod sine principio est alienũ a re uisibili omnino existimãs. Quod.n.sensibile est mutationi subiectũ nunq̃ idẽ est inuisibili quidẽ atq; intelligibili ꝑpetuitatẽ attribuit/sensibili aũt aliud uocabulũ accomodauit. Nam quoniã uisibilis atq; sensibilis hic mundus est/necessario ipsum ortũ habuisse affirmãt. Vnde nõ ab re creationẽ etiã eius magna cũ theologica uenustate conscripsit. Hæc de origine uniuersi: Quod uero prouidentia mundus gubernet̃ i libro quẽ de ꝓuidẽtia scripsit cõtrariis primũ expositis deinde cõfutatis magnifice ꝓbauit/quoꝝ plura q̃m lõgiora sũt cõpẽdiosi9 ponã. Prouidentiã eẽ inqt arbitraris cũ tantam reꝝ ꝑturbationẽ esse uideas. Quid.n.humanoꝝ ordine certo geritur. An solus ignoras ꝑ[?]uos atq; rapacissimos hoies bonis omnibus florere diuitiis gloria cultu multitudinis magistratibus bona ualitudine quibuscũq; dixeris uoluptatibus affluere? Virtutis aũt amicos oib9 malis oppressos pauptate ifamia hũilitate duricie uiuendi affligi? His aliisq; cõpluribus ita dictis respondet postea hoc pacto. Nõ tyrannice neq; ui aliqua uel crudelitate/sed ut rex regũ iuste uniuersum mundũ deus gubernat/rex autem uerus & iam pater est/ut enim se habet pater ad liberos ita rex bonus ad ciuitatẽ & deus ad mundũ/quippe qui naturæ stabili lege principatũ & prouidentiam in solubili cõiunctione/una copulauit. Quare quemadmodũ nõ negligunt̃ oĩno uitiosi a parentibus liberi inimicorũ opus esse putãtibus submersos inuadere sed maiore iterdũ ope fouent̃ cum nullum in eis præsidium esse uideatur. Similiter quoq; deus oium curam gerit/nec minus eoꝝ qui perperã uiuũt/tum ut occasionem eis pœnitentiæ præbeat/tum ut natura se propitiũ esse ostendat. Ad hæc longe absis a ueritate si malorum aliquẽ fœlicẽ arbitraris ẽt si Cresœo ditior/acutor uisu q̃ lynceus/ maioribus corporis uiribus q̃ crotoniata ille Milo: Ganymede formosior sit/oibusq; aliis corporis & exterioribus bonis abundet. Qui.n.mentem suã plurimorũ dominatui ac pessimorum subiecit cupidinis doloris timoris stultitiæ in iustitiæ fœlix atq; beatus esse nullo mõ poterit/ẽt si uulgo beatus appelletur. Nam si animi oculos parumper uolueris eleuar/atq; ut possibile homini est de uero bono cõsiderare/oĩa quæ nũc admirari uideris magno risu prosequeris? Semper.n.cum meliora lateant in locum eorum mala irrũpentia laudant̃ cum uero in mediũ adsunt bona tunc quæ contraria sũt hac luce dilucidi9 tur

pitudinem suã ostendũt. Si ergo diuinũ illud bonum mente cõcæperis/nihil coꝝ quæ dixisti facile apud uitiosos iueniri iter bona collocabis. Preciosissima nempe illoꝝ argẽti atq; auri metalla sunt/quæ a pessima terrarum parte solent ꝓdire/pmultũ nãq; ꝓfecto iterest iter metallorum sterilitatem & fœcũditatem terræ non metallosæ. Longe quippe abest argenti atq; auri natura a bonitate frugum sine qb9 uiuere neqmus/quod maxime in annonæ patet charitate. Omnes.n.thesauros ꝓ modici temporis alimẽto recte propter necessitatem iudicantes libenter omnes ꝓiicere solent/quando autem necessaria nobis cumulate affluunt naturæ bonis abũdantes contenti esse non possumus/ sed argento atq; auro ihiantes & quasi oculis capti terreno pondere huc atq; illuc propter auaritiam ferimur/continuoq; pecuniæ grã bello uexamur. Vestes ẽt magnificas cupimus/quæ nihil aliud sunt quam textoriæ artis laudes & flos ouium ut nonnulli poetæ dixerũt. Qui uero gloriæ adeo cupidus est ut uel a malis laudari cupiat hũc iprobum esse necesse est/qppe unumquodq; suo simili gaudet/bonam autẽ ualitudinem aurum quæret si didicerit non paruos animi morbos ab auditu oriri/q uiribus corporis ceruicem eleuat atrocissimas ante oculos bæluas ponit. Ita.n.itelliget turpissimum esse ferarum uiribus hoiem gloriari/formositate corporis iactare mentis compos nemo poterit/quæ breui adeo extinguitur tempore ut anteq̃ florescat defloruisse uideat᷑: præsertim cum ẽt inanimata artis opera picta ficta texta non parua uideat extare pulchritudine. Quoꝝ oium nihil unq̃ apud deum iter bona enumeratum est/quid dico apud deum? cum neq; periti hoies q recte philosophantur bona caducas has res aut arbitrarentur aut appellent: q uero falsam & nomine solum philosophiam sequunt᷑ hi animi se medicos professi seruituti corporis inhærent/nec corpoꝝ qdem medicos imitant᷑; q si rex ac priceps ægrotet oia transgressi iter colũnia porticus tabulas argentum adrilicium auꝝ lapides cubile ipsum ilico petũt: nec uestem auro isertam admirati nec lapidibus ornatum considerantes lectulum q̃ citius possunt cæteris omnibus contemptis man9 ægroti tangũt/pulsum examinant iterdum ẽt uestib9 sublatis qua duricie sit uenter quo calore pectus ardeat quo motu cor exiliat inqrunt. Ex qbus oibus aliisq; compluribus quãtitate & qualitate ægritudis percæpta curam morbi tandem aggrediuntur. Oporteret igitur etiam philosophos cũ medicinã animi tenere profiteant᷑ oia despicere quæ falsa homines opinione maxime faciunt/ac mentis ipsius cubile ingredi diligentius/& cõsiderare si propter iram inæqualiter pulsus mouet᷑ tactuq; ipso examinare si aspera maledicendo lingua effecta est/si cupiditate tumidus uenter/& ut breuiter dicã qua intemperie interiora turbata sunt. Hoc eni pacto idonea potuerũt adoptare remedia: nũc uero cum nequeant lucẽ uerã aspicere exteriorũ falso reꝝ nitore perculsi quasi cæci pererrant/reginã omnino mẽtẽ negligẽtes/& satellites eius diuitias gloriã sanitatẽ aliaq; huiusmodi ꝓsequentes. & queadmodũ summa insania est aut cæcos de coloribus aut surdos de harmonia musica/sic & uitiosos uiros de bono & malo iudices cõstituere/mente capti nãq; sunt & interioribus tenebris obcæcati discernere nequeunt. Merito igitur laudatur Socrates & alii qui paupertatẽ amplexi nec quæstuosa ipsi artificia didicerũt nec amicis aut regibus magna sibi oblata munera accæperũt. Nihil.n.aliud q̃ uirtutem bonũ putabãt. Quod si mortali corpore circũducti & morti/ut hoies subiecti ac cum multitudine iniustoꝝ hoium maxima uiuentes iniuria perierunt/cur accusanda natura est cũ crudelitas hoium culpanda sit? Nõ.n.facile põt euadere qui degit in regione pestifera. Et ueluti cũ magna uis pluuiæ descendat nisi sub tecto sis necesse est ẽt si sapiẽs sis imbrẽ ꝑferre/cũq; frigidissimus ꝑfluat boreas frigore premi/& æstatis ardore calefieri. Eodẽ profecto modo si cum iniustis uitam agis/necesse est multa inde ꝑpeti mala

Verum oẽs q uirtutẽ neglígẽtes falſa corporis laudant bona a ſole ungi/& a Ioue lauari putant. Symbolica.n.hæc priſcaq; prouerbia re ipſa uera eſſe oſtendũtur/nec.n.poſt mortem ſolummodo/ſed etiam per totam uitam animo ſimul atq; corpore iniuſti homines pendent. Cuius rei q ſiculam conſcripſerunt hiſtoriam teſtes locupletiſſimi ſũt. Nam uel amantiſſimam uxorem ſuſpectam adeo fuiſſe tyranno dicũt ut tabulis cubiculum ſtrauerit quo maior ſonitus cum ad eum iret excitaretur/nudũq; ita ut nihil occulte ferre poſſet/aditumq; ipſum fouea intercæpiſſe: ut uel ſaltibus uel lõgis gradibus uel aſcenſu deſcenſuq; pgendo nullum poſſet telum occultare. Quod quantiſq; igitur animus hoĩs q uel uxorem ita ſuſpectam habebat malis refertus erat? Illis certe mihi ſimillimus uidetur fuiſſe/q cum ad alta præcipitia ſcãdant anteq̃ ad cacumen peruenerit timore perculſi nec altiora petũt iam feſſi/nec deſcendere audent cũ ad hiatum & profunditatem deſpexerint. Tyrãnidem nempe quaſi diuinam rem aggreſſus cũ pericula ei9 cognouiſſet/& ſtanti in propoſito innumerabilia uidebat in dies pericula: & abeũti mortem iminere nõ dubitabat/oĩbus & ſi non corporibus/ſed animo tñ aduerſus eum armatis: quod ille ipſe Dionyſius ita eſſe ſignificauit. Nam cum qdã uitam tyrannoꝶ apud eum quaſi beatam laudibus afferret uocaſſe ad cœnam regio apparatu conſtructam hoiem dr/ac ſuper caput illius ſedentis acutum gladium tenuiſſimo filo ſuſpendiſſe/quem poſteaq̃ repente cõuiua ille reſpexit nec ſurgere inde auſus timore tyrãni/nec bibere aut comedere potens periculo perculſus ceruice ac oculis ad pendentem gladiũ directis mortem expectabat. Quod cum uidiſſet Dionyſius num inqt itelligis q̃ beata ſit uita noſtra? talis.n.eſt niſi uelim9 nobiſmet ipſis adulari. Oĩum.n.rerum copiam habentes propter freqũetiam periculorum & impendẽtem formidinem nulla frui poſſumus. Illis ſimiles qui a deformibus ſæpe meretricibus decipiuntur/quæ ueſte atq; auro ualde ornatæ & fuco facie deformitatem occultantes; quaſi hamo piſces his inſidiis captos attrahunt adoleſcẽtes. Hac infœlicitate nos premimur q multis fœlices uidemur/ & ſicut tormentis multi coguntur mentis ſuæ arcana pandere ſic interdum huius uitæ moleſtia uicti ueriſſimas uoces de miſeria noſtra emittimus. Illis enim certe ſimiles animalibus tyranni ſumus quæ ſaginantur/qbus comedendi bibendiq; non ad aliud q̃ ad perniciem ſuam copia ſolet offerri. Multi autem pecuniæ cupiditate uicti manifeſta dederunt ſupplicia. Cuius rei exẽpla & ſi quotidie uidemus/unum tamen ex priſcis referre operæprecium diximus. Dicunt igitur q fœtidos ſacrum bellum conſcripſerũt cum lex eſſet aut præcipites ex alto deiici/aut ĩ mare ſubmergi/aut igne cremari ſacrilegos/cũq; Philomelus Onomarchus & Phaylus tres iſti Delphicũ ſpoliauerint tẽplũ/ſecundũ legẽ diuinitus ſupplicia dediſſe. Alterum enim cum per aſpera ſcanderet loca præcipitem decidiſſe: ac ita expiraſſe. Alterum cum eques per littora ferretur in profundo lapſum una cum equo fuiſſe aqs demerſum Phaylum autem alii ſacro morbo conſumptum/ alii cum templum Inabis incenderetur una concrematum fuiſſe tradiderunt. Nemo pfecto hæc caſu niſi amens accidiſſe putabit. Omnes.n.hos tres eiſdem temporibus propter idem delictum non aliis ſuppliciis q̃ lex uolebat iure punitos non a fortũa & caſu/ ſed diuinitus credere debemus. Quod ſi nonnulli rapaces & factioſi hoĩes q non alienos ſolummodo populos/ſed patrias etiam ſuas ſubiecerunt impune id feciſſe uident/ mirandum non eſt. Primum.n.non ſimiliter deus atq; hoĩes iudicant / homines enim de manifeſtis tantummodo cognoſcunt/deus uero in animum ingreſſus ipſum nudos uoluntatis perſpicit motus. Quare nunquam humana iudicia diuino tanq̃ meliora & iuſtiora præponenda ſunt. Multis enim homines fallũtur ſenſibus corporis atq; turbationibus animi. Iudæo autem nihil eſt quod fallat/ſed ſumma iuſticia una cum ueritat-

cuncta gerunť: Deinde recte illud imprimis fertur id esse apud populū tyrānos quod sunt in lege supplicia. Quando igitur in ciuitatibus adeo abūdant ut nulla legum reuerentia sit/tūc deus ut uitia repellat & ad uirtutem hoíes conuertat crudelib9 atq; tyrannicis uiris nō iniuriam potentiā p̄bet: uitiorum.n.cumulus sine crudelitate mūdari non pōt/ & quēadmodū uindices publicarų rerū ad homicidas p̄ditores & sacrilegos interficiendos publice aluntř/non quia tale hoís exercitium laudetř/sed quia populo necessariū est/eodē profecto pacto huius mundi gubernator quasi communes uindices tyrānos in ciuitates ex suscitat/ut iniuriam atq; impietatē aliaq; huiusmodi ui & crudelitate istorum puniat/qui quoniam non recto animi proposito sed crudelitate commoti diuinæ uoluntati subministrarunt/ut ignis consumpta materia demum extinguitř/sic & ipi cū ciuitates prauas ianes hominum fecerint tūc demum in perniciem icidunt. Quid aūt miramur si tyrannorum iterdum ministerio effusas hominum iniurias de9 compescit: cum etiam sæpius nō aliorum ope sed per se ipsum fame terræmotu peste aliisq; hmōi quibus multas urbes desolatas uidemus id factitet? Satis dictum esse puto neminem q male uiuat eē fœlicem/unde maxime prouidētia esse probatur. Et post aliqua Ventorų inqt impetus & pluuiæ uis non ad perniciem nauigantium aut agricolarum: sed ad utilitatem humani generis diuinit9 mittiť. Aquis enim terram uentis uero regionem quæ sub luna est inūdare solet/& utrisq; animalia & plantas alit auget perficit. Quod si nauigantes aut agricolas nōnunq̄ perdit mirari non debes. Minima enim quædam isti particula sunt: cura uero toti9 humani generis deo est. Vt ergo in editione ludorū atq; certaminis ædiles propter aliquos reipub. usus dierų certaminis mutato fecerūt nōnullos luctatorū non affuisse. Sic & deus quasi magnæ cuiusdam ciuitatis totius orbis curam gerens humidiorem æstatē & uernalem hyemem ad utilitatem totius effecit: q̄uis non nulli hac temporum inæqualitate magna dāna patianť. Elementorų igiť iter se trāsmutationes ex qb9 mundus constat & qbus conseruatř tanq̄ necessarias ipse instituit/pruinæ autem & niues cæteraq; huiusmodi ad frigiditatem aeris consequūtur sicuti ad concussiōem nubium fulgura & tonitrua/quorų nihil forsan & prouidētia sit. Pluuiæ uero ac uenti cū uitæ alimēti crementiq; causa plantarū atq; animaliū sint p̄uidētia certe fiūt & ex istis illa cōsequuntur/ut si editoris munerum liberalitate atq; magnificētia magna unguentorū copia proponatur/ unde guttis quibusdā in terrā deflexis lubricus ualde locus effectus sit nemo nō insanus prouidētia editoris munerum lubricitatē factā esse contenderet/sed ad magnificentā abundantiā que unguētorum cōsecutam cōcederet. Iris similiter & alia huiusmodi nō sunt naturæ opera principaliter sed nubibus naturali quadam ratione accidentia/& tamen etiam hæc prudentioribus cōferunt/tranquillitatem enim aeris motus uentorum hyemes & serenitatē his signis prædicere solent/fornices porticusq; num uides quorū plurimi ad meridiem respiciunt ut deambulantes in hyeme calefiant & in æstate opaco frigore utanturř quā rē illud cōsequitur nō ab ædificatoris sententia factum q̄ umbris quæ a basi excidunt horæ significantur. Ignis similiter naturæ opus est necessarium/quē quasi accidens quoddā fumus cōsequitur. Qui tamen est quādo nō paruam attulit utilitatē. Interdiu enim nō igne sed fumo aduentū hostium significamus. Talis ratio etiam in Eclipsib9 dici potest quæ solem atq; lunam consequuntur & aut mortis regum aut urbium desolationes prudentibus signa solent afferre. Lacteus uero circulus stellas habet eius substantiæ cuius cæteræ. Cuius rei causam q̄uis difficilis sit nō tamen negligunt sed diligenter quæritāt philosophātes/putāt.n.& recte iucundissimā rem p se ipsam esse scientiā. Sicut igiť sol & luna cæteræq; stellæ p prouidētiam factæ sunt/sic p̄fecto cælestia omnia q̄uis nos naturā atq; uirtutem

omnium inuestigare nequeamus. Terræmotus autē & pestilentiæ fluminū ictus & similia mala dicuntur/& nō sunt. Nullius eni mali deus causa est/sed elementorū mutatione generantur neq; sunt principalia naturæ opera/sed ad ea quæ necessaria & principalia sunt cōsequuntur/& si aliqui damnū inde habuerunt nō est accusandus gubernator. Primū quia quos bonos esse ipsi putamus boni fortassis nō sūt. Deinde queadmodum in re militari ad sedandā seditionē qui forte primū oblatus est plectitur/& ad extiguendā tyrannidē cognatos ēt si in culpa nō sint legis extermināt/eodē modo in pestilentia ut reliqui moderatiores fiant interdū ēt innocētes cōmuni corruptione aeris pereunt. Sic & in nauigio æqualiter oēs periclitantur q̄uis nō æque peccauerint. De atrocibus autē bestiis exercitationis bellicæ gratia productas diuinitus diceremus. Nihil.n. magis corpus ad labores & animos ad resistendum hosti corroborat q̄ uenatio nisi tu huic defensioni opponēdo detraxisses/sed tamē & qui bellicosi sunt animosiores bestiis se opponētes facilius fiunt/& qui pacē amant domi atq; in urbibus uiuētes longe ab omni huiusmodi periculo absunt. Sues eni & leones similiaq; aīalia ne insidiis hominū aliquid patiant̄ procul ab habitationibus hominū uersantur. Si qui autē ex neglīgētia inermes saltus peragrant se ipsos potius q̄ naturā accusent/sicut i equestri certamine qui uno loco sedere ac spectare nō patiunt̄ cū hinc illinc trāseāt curuum impetu plerumq; conteruntur. Serpentes autē uenenosi nō prouidentia sed cōsequētia quadā reɋ ut in superioribus diximus producti sunt. Fiunt.n.cū innata materiæ humiditas calidior facta est. Sic & nōnullæ bestiolæ corruptione nascūtur/ut corruptione alimenti uermes pediculi a sudoribus. Quæ autē sparmate natura duce generant̄ ea qm̄ natura pricipaliter intendit ꝓuidētia nasci nō negamus/q̄uis ēt illa duab9 rōnibus ad utilitatē hoīum audiui producta/quas cælare nullo modo decreui Primum igitur uenenosa aīalia multos ad morbos & maxime pniciosissimos remedia conferre Saluberrima medici perhibent. Videbisq; si diligenter attendere uolueris in magnis theriacis nōnulla mēbra eorū accuratissime sumi. Deinde deo ista esse parata dicūt in peccatores/sicut eculeos & alia tormēta in iudiciis præparata uidemus: Quod autē dixisti in domibus hoīum maxime ista nasci falsum oīno est/procul.n.in desertis inueniunt̄ locis hoiem quasi dn̄m fugientia/quæ uero in habitationibus hoīum nascunt̄ corruptiōe magis ꝓducuntur/q̄uis & carniū nidore aīalia huiusmodi attrahant̄. Hirundines autē si nobiscū uersant̄ mirum nō est/nā qm̄ eas hoīes nō uenantur iccirco plurimæ abūdant/nā e regione fugere illa uidebis qbus insidiamur/nō.n.hoībus solū uerū etiā brutis ut se salua uelint innatū est: Syriæ maritima quædā ciuitas est noīe Ascalo quo tunc applicui qm̄ oraturus atq; sacrificaturus hierosolyma ad patriū templū missus fui/eo cū applicuissem magnā colūbarū multitudinē uidēs admirabar/interrogātiq; mihi quā ob rē hæ aues oīa pene loca illa occupassent responsū fuit/legē eos apud columbaɋ usū esse ꝓhibitum. Apud ægyptios aūt mirabilius quiddā cōsideraui. Crocodilus.n.oīum bæluaɋ atrocissimus in sacratissimo natus & enutritus nilo q̄uis sub aq̄s uiuat utilitatis tamē suæ nō est ignarus. Magna.n.copia apud eos crocodiloɋ inuenitur qui aīal id tanq̄ sacrū uenerantur/minie aūt reperiri apud eos potest q eū uenant̄/& nauigantes hic qdē nec digito aquā fluuii tāgere audent/crocodilis statim isultātib9. Id uero timidiores etiam homines uel ludo in nilum natantes prosiliūt. Barbaras regiōes fœcūditate agroɋ excellere uidem9/ubi magno igenio homines raro nascunt̄. Sic alimentis qdem abundant/hominib9 autem quorum gratia diuinitus alimenta producunt̄ carere uidentur. At contra accusanda græcia est/qa sine semine atq; cultu nihil producit/sed sola homines generat uere cælestes atq; diuinos natura ad omnem scientiam natos; cui9 causa est subtilitas aeris. Non

enim temere dixit. Heraclitus. Aer ſiccior/anima prudentior atq; melior cuius ſignū ꝙ
ieiunantes atq; uigilantes prudentiores illis ſunt qui cibo & potu ſemper repleutur. Im-
mergitur enim quodam modo motus mentis quam cogitationem appellam9. Verum
in barbaris regionibus propter maiorum alimentorum copiam agrorumq; robur non
ſolum animalia plura maioraq; uerum etiam arbores maximæ naſci ſolent. Non eſt au
tem culpa naturæ ſi tam marinis q̃ terreſtribus animalibus crudeliter ueſcimur. Nō enī
ad huiuſcemodi uoluptates natura ſed crudelitas nos atq; in temperantia icitat. Ad mū
di enim toti9 conſumationem neceſſe erat ubiq; uaria naſci animalium genera. Nō fuit
autem neceſſarium ut homo qui ſapientiæ decore ornatur ab humanitate in feritatē cō
uerſus cæde animalium uoluptatem ſibi pararet. Vnde ad hæc uſq; tempora qui curam
continentiæ gerunt ab hominibus abſtinent carnib9 ſuauiſſimo cibo herbaꝝ fructuq;
utentes. Qui uero carnium uſum natura concedi arbitrantur magiſtris & legibus qb9
curæ modeſtia eſt ab eſu immoderato prohibentur. Roſæ autem & crocus uariiſq; flo
res atq; aromata non uoluptatis gratia ſed bonæ ualitudinis producta ſūt. Nā & odore
ipſo iuuant interdū/& in compoſitione medicinarū (magnas enim uires habent) a me
dicis adhibentur. Multa enim ſingula nihil proſunt/coniūcta uero quemadmodū maris
atq; fœminæ coniunctio ad procreationem/ſic uires ſuas oſtendūt. His cæteriſq; huiuſ
modi niſi contentioſus ſis concedas/oportet diuina uniuerſum hunc mundū prouiden
tia gubernari. Hæc a Philone compendioſius ſumpſi/tum ut oſtendam quales hebræi
etiam iuniores uiros habuerunt/tum ut pia de deo ſententia iudæorum appareat.

¶ Euſebii pampilii liber nonus.

¶ Quod etiam exteriores iudæorum gentem admirati ſunt. Cap. I.

Nunc aūt teſtimonia ēt exterioꝝ de ipſis diligēter citabim9. Illu
ſtriſſimi.n.ēt græcoꝝ nō imperiti oīno iudaicæ philoſophiæ alii
uitā eoꝝ ſcriptis ſuis approbaſſe uidenť/alii theologiam q̃tum
potuere ſecuti ſunt. Sic.n.diſces non temere ſed abſoluta exqui
ſitaq; rōne iudaicam philoſophiam gētilib9 nugis præpoſitam
a nobis fuiſſe. Primum igiť ea ponam quæ de uita iudeoꝝ præ
clariſſimi græcoꝝ teſtanť. Theophraſtum igiť audias/cui9 nō
nullos textus Porphyrius in his libris poſuit quos de abſtinen
do a carnib9 conſcripſit/his uerbis iudæi ad hæc uſq; tpa Theo
phraſtus ait animalia qūo ſacrificant? ut ſi qs nos ad imitationem illoꝝ hortareť audire
non pateremur. Non.n.comedūt ex ſacrificatis: ſed mel atq; uinum noctu īfundunt ho
locauſta facientes/nihilq; inde relinquētes/ut nec ille q oīa pſpicit rem tam pfanam inſpi
cere poſſit/quod faciūt iterim ieiunantes/ac quoniam philoſophi natura ſunt de deo in
ter ſe colloquentes noctu autem ſtellas aſpicientes orōnib9 deū iuocant. Primi.n. iſti oī
um hoium & bruta & ſe ipſos offerre cæperūt/nulla neceſſitate aut cupiditate id facien
tes. Et i quarto eiuſdem negocii hæc a ſe ipſo ſcribit Porphiri9. Eſſæi iudæi genere ſunt/
hi alter alteꝝ magis diligūt quā cæteri hoies faciant/& uoluptatem oēm quaſi uitioſam
aſpernanť/continētiā & itegritatem animi ab oi perturbatione remotam ꝑcipuam pu-
tantes uirtutem. Vxores nō ducūt/alienos aūt liberos teneros adhuc & ad oēm aptos
doctrinam adoptantes pro ſuis educare ac moribus ſuis ſtabilire ſolent/quod faciūt nō
qa matrimonium abominētur/ſed qa mulierum mores cauendos putant. Diuitias om-

nes a deo spernũt ut mirabilis quædam in eis cõmunitas sit. Nullus eoꝝ præter cæteros aliqd possidet/omnia eis cõmunia sũt. Nemo alio ditior aut pauperior. Vna oibus quasi fratrib9 facultas est. Vngi oleo non patiunť/q; si quis forte oleo tactus fuerit diligẽter quasi a magna macula corpus illi abstergiť/non enim molles/sed aridi atq; duri esse corpore cupiunt. Alba semper induunť. Electione communi quæstores & gubernatores sibi creant/& idiuisæ in omnib9 res sũt. Non habitãt urbem unam/sed hinc illo facile migrant/sempq; assequentes hæresim suam proficiscunť/a quibus ita suscipiuntur/ut una eos semp uixisse diceres/unde fit ut proficiscentes nihil impensæ secũ ferant. Vestem & calceos anteq̃ omnino tempore dirumpanť non mutant/nec emũt aliquid nec uendũt/sed commutatione rerum utunť cum ægeant. Nam iter eos singuli quæcunq; uolunt assumũt etiam nihil afferentes. Erga deũ maxima pietate utunť/nam ante q̃ soloriatur nihil eis prophanum dr̃/sed patria oratione utunť/qua solẽ oriri precantur/deinde a præfectis singuli ad artes operaq; sua mittunť: & postea quam horis quiq; laborauerint ad unum rursus locum congregant/& aqua frigida ploti in domũ ueniũt/quo nemini nisi eiusdem sectæ introire licet. Ita mundi quasi in templũ ad cœnaculum ueniũt: ubi magna tranqllitate sedẽtibus ordine omnibus panis ꝓponiť & ferculum unum unicuiq;. Primus autem omnium sacerdos facta orõne comedere incipit/nefasq; omnino putant ante orationem qcq̃ gustare: cũq; pransi fuerint multo diligenti9 orant. Ita & incipiẽtes & desinentes laudes dei diligenter cõcinunt. Post hæc uestibus qbus prandentes quasi sacris utuntur depositis ad opa rursus exeũt/nocturnoq; reuersi crepusculo similiter cœnant. Hospitibus ẽt considentibus si q forte affuerint clamor aut tumultus nunq̃ apud eos auditur/sed ordĩe ita colloquunť/ut tanto eos iter se uti ordĩe atq; silẽtio mirabile uideať/cuius causa perpetua continentia est. Cibus & potus uitæ necessitate mensuratur. Qui ad eam sectam ueniũt/non statim/sed postea q̃ foris anno integro eisdem moribus uixerint tunc suscipiunť: non tamen omnino sed ꝓpinquius qdem accedunt. Vna uero cũ illis uiuere non licet nisi duob9 aliis annis patientiæ signa dederint/& anteq̃ communiter cũ eis uescanť iureiurando confirmant primo pios se erga deos futuros/deinde iustitiæ ita fore cultores/ut nec spõte nec imperio alicui homini sint nocituri/odioq; semp iniustos sibi futuros: putaturosq; semp seipsos lædi si iusto uideant iniuriam fieri/fideles fore oib9 ac maxime pricipib9. Non.n. absq; dei uoluntate principatum alicui commendari. Ad hæc si ipi præessent nunq̃ se qcq̃ facturos unde maculari ꝑfectura uidereť/nec ueste aut ornatu quodam meliore q̃ subditi se usurum/ueritatis fore amicos & mendaces accusaturos: manus a furto animũ ab iniusto lucro procul retenturos: nec occultatores aliquid sociis/nec eoꝝ secreta aliis se dicturos etiam si mortis piculũ imineret/postremo nulli aliter hæreseos dogmata tradituros q̃ sicuti ipsi accæperũt/ꝓcul se futuros a latrocinio/conseruaturosq; sectæ libros diligẽter & nũcioꝝ nomina. Hæc seruaturos se oia iurant. Qui aũt non seruant diligenter illico expellunť: & oẽs fere cũ ad aliã dietã ac uitam ueniant moriunť. Sed multos ipsi rursus miserantes recipiũt. cum putauerint non minores iam ipsos pœnas dedisse q̃ delicta eoꝝ postulabant. Tanta uero tenuitate paucitateq; utunť reꝝ ut raro plus q̃ semel in septẽ dieb9 alui purgatõe indigeant. Qua quidem ex continentia in tantã perueniunt patientiam animiq; robur/ut nec eculeo nec igne nec alio quæstionũ genere impelli possint/ut aut uerbis leges latorem uituperent/aut illicitum quicq̃ comedãt/quod maxime in bello quod sibi a romanis illatũ fuit ostẽderunt/nulla.n. adulatione ad torquentes unq̃ sunt usi/nullas lachrymas torti emiserũt sed suauiter in doloribus ridentes & eis illudentes a quibus torquebantur/sic expirabãt iucundissime ut ad patriam redire uiderentur. Firma.n. hæc opinio apud eos est corpo

ra quidem morti esse subiecta:aías uero tanq̄ immortales semper uiuere:cũq; a subtilis-
simo æthere dimittantur naturali quodam delatos impetu corporibus coniungi:cũ ue-
ro a uinculis corporum quasi a longa seruitute liberati sint.tunc summo cum gaudio al
tiora peter̄.Q ua quidem uita & pietate facile fit ut multi apud eos futura præuideant p̄
cipue qui a sacris uoluminibus & uaria carnis castigatione & prophetarũ dictis exercē
tur.Hæc Porphyrius de pietate ac philosophia Essæorum testatus est.

¶Hecatæus de eodem. Cap.II.

Ecatæus autem Abderita uir & uerbo & re philosoph9 historiam de iudæis
cōscripsit/a qua nōnulla sumere nō erit alienũ.Multa iquit castella oppidaq;
iudeis sunt/una uero urbs munitissima quiquaginta pene stadiorum habens
circuitum plures q̄ centum & uigita milia hoies habitāt:quæ uocatur Hierosolyma/in
medio cuius ædes lapidea est quiq; iugerum longitudinis/latitudinis cubitorum centũ
cui portæ duplices sũt in eo ara quadrata est itegris lapidibus ac iornatis composita/cu
ius singula latera uigiti/altitudo autem duodecim est cubitorum apud quam dom9ma
gna est ubi altare atq; candelabrum/utraq; aurea sunt ponderum talētorum duum/ubi
lux nocte atq; die inextinguibilis ardet.Nullum ibi simulachrum est nulla omnino ima
go nec planta nec lucus aut aliqd huiusmodi/ubi nocte ac die sacerdotes caste uersant̄
nunq̄ in templo uinum bibentes.Deinde cum rege quoq; Alexandro nonnullos ait iu-
deorum militasse & successoribus ei9 fideles fuisse/seq; cum uno eorum sermonem ha-
buisse his uerbis narrat.Cum ad mare rubrum proficiscerer/inter alios equites iudæus
quidam nomine Mysonianus me sequebatur homo quem omnes tam græci q̄ barbari
qui eum cognouerũt & animi maximi & robusti corporis prædicabāt.Erat autem etiã
arcu peritissimus.Is cum augur qdem omnes nos stare iussisset/interrogauit quare fixi
staremus/augureq; auem ostendente atq; dicente conducere ita stare quousq; quo auis
tenderet perspexissent:ut si ad interiora uolaret cœptum iter peragerct/sin autem poste
riora uolatu peteret reuerterentur/silentio arcu tracto auem percussit ac interfecit.Tũc
augur & nonnulli alii ualde commoti ei maledicebant.Ipse uero quis est iquit iste furor
o homines?quomodo.n.auis ista quæ nihil de sapientia præuiderat ueri aliquid de itine
re nostro poterat nobis prædicere quæ si futura præscisset nunq̄ huc uenisset/ ne a My-
soniano iudæo interficeretũr.Hæc ab Hecatæo sumpta modo sufficiant.

¶Plearchus de eodem. Cap.III.

Learchus autem peripateticus in primo libro de somno Aristoteli attribuens
uerba hæc de iudæis scribit.Multa inquit Aristoteles possent de ipso dici/sed
pauca modo referenda sunt/q̄uis non ignoro multos somnia fingere me puta
turos.Tunc Hyperochides iccirco quia mirabilia dicturus es inquit audire magis gli-
scimus.Tunc Aristoteles ego inquit ut rhetorici solent de genere ipsius primum si pla-
cet dicamus.Ita prorsus placet hyperochides inquit.Ille igitur subiunxit Aristoteles iu
dæus erat qui sunt Calani ex india:Iudæi aũt a loco quem habitant appellati sunt.Vrbs
eorum asperrimo quodam nomine Ierusalem nuncupatur/Hic ab altioribus asiæ locis
ad maritimas ciuitates descendens & lingua & animo græcus fuit.Cũq; accidisset ut eo
tempōre nos quoq; in maritimis asiæ locis uersaremur philosophiæ amore ad nos spō-
te uenit qui multo plura nobis attulit q̄ accæpit.Hæc Clearchus.Clemens autē noster
Numam romanorum regem pythagoricum fuisse asserit/& mosaica nixũ doctrina le-
gem dedisse romanis nullam imaginem deo attribuere/unde annis centum atq; septua-
ginta ab urbe cōdita nullam imaginem nec fictam nec pictam in templis romanorum
respici potuisse.Ita Numa occulte significauit nullo modo nisi mente ad similitudinem

dei hominem peruenire posse. Megastenes autẽ qui cum Seleuco uixit uir historiæ pe
ritissimus in tertio iudaicarũ rerũ hæc dicit. Omnia quæ de natura prisci Græci scripse
runt alii etiã ante ipsos scripserunt. Nã & Bachmani apud Indos qui & iudæi uocantur
multo prius philosophati sũt. Aristobolus etiã in primo ad philometora his uerbis uti
tur: Legẽ nostrã in multis Plato secutus est. Aperte namq; in multis diligẽter examinas
se singula uidetur. Nosaica enim uolumina ante Alexandrũ & ante persarũ imperiũ tra
ducta fuerant/unde plurima sicut & Pytagoras philosophus ille accæpit. Numenius ãt
pythagoricus aperte scribit nihil aliud esse Platonẽ q̃ Moysem attica lingua loquentẽ/
& in primo uolumine de bono Plato inquit atq; Pythagoras quæ Brachmanes Magi
Aegypti Iudæiq; inuenerũt ea græce ipsi exposuerũt. Et in tertio Moysi meminit his uer
bis. Iannes & Iabres ægyptii erant uiri magicis artibus adeo præpotentes/ut Musæo iu
dæorum duci uiro deo cõiunctissimo soli resistere posse a cunctis ægyptiis iudicati sũt.
Multas. n. calamitates quas Musæus ægypto intulit soluere uisi sunt his uerbis. Numeni
us & miraculis a Moyse factis & q deo cõiunctissimus esset Moyses attestatur: Sed iu
daicæ gẽtis Chorilus etiã poeta priscus meminit & multos eorũ cũ Xerxe in græciã mi
litasse affirmat. Porphirius autem in primo de philosophia responsorũ apollinẽ ipsum
inducit de iudæis hoc oraculũ edidisse. Attẽdere inquit oportet quoniã omni diuina re
pletum sapientia est oraculum Apolinis quod dicturus sum.

Dura uia illa nimis æstatis clausaq; portis.
Q uæ uitam nobis aperit donatq; beatam.
Nec uero uerbis facile enarrarier ullis
Exponiq; queat: illo quo semita ducit
Q uam primi ante omnes cœperunt tradere pulchras
Q ui Nili epotant lymphas/phœnicibus inde
Proximaq; assyriis ea cura/sed inclita longe
Gens hebræa illam nouit/notamq; recæpit.

Et subiicit exponẽs ita uiã ad deũ a barbaris iuẽtã fuisse/didicim9 ab ægyptiis. s. atq; chal
dæis hi. n. Assyrii sunt & maxime a iudæis. Idem apollo etiam quodam oraculo apertis
sime demonstrat his uerbis.

Chaldæis quæ uera esset sapientia tantum:
Hebræisq; ipsis concessum agnoscere pura:
Aeternum qui mente colunt regemq; deumq;:

Sed de Iudæorum pietate atq; philosophia hactenus dictum est.

Q uod multi conueniunt etiam alieni de ueritate historiæ. Cap. IIII.

d E historia uero hebraica ueritate dicẽda conscripta q̃ multi cõueniãt mõ cõ
siderem9. Cũ igit̃ Moyses diluuiũ diuinit9 illatũ cõscribat a quo Noe cũ suis
arca lignea euasit Berosus chaldæus Hierõym9 ægypti9 & Nicola9 damasce
nus historici eadẽ de re ut Iosephus i prio antiqtatis iudaicæ scribit meminerũt. Scribit
eni Nicola9 i nonagesimosexto libro: ait sup nínia da magnũ mõtẽ eẽ i armẽia Barin ap
pellatũ: quo multos tpib9 diluuii cõfugisse ac nõnullos arca uectos i cacumia mõtis ap
plicuisse/lignaq; arcæ illi9 lõgo tpis spatio postea pdurasse/unde bitumine ablatõ & ex
piationes/ut Berosus ait hoies uti solent. Hæc Iosephus. Ego aũt ab Abydẽo historico
nonnulla tibi transcribam. Sissithrus inqt pricipatum deinde accepit/cui Saturnus ma
gnam uim aquarum futuram significauit. Q uare saluare se cupiens ad armeniam naui
gio confugebat/sed aquæ ipsum i uia oppresserunt. Tertio autem die postq̃ aquæ cessa
runt aues emisit ut per eas sciret sicubi terra extaret quæ cum omnia pelagi facie tegerẽ

tur ad Sissithrum (nullibi.n.consistere poterant) reuersæ sũt. Post aliquot dies similiter
factum fuit. Tertio emissæ reuersæ ad eũ fuerũt Limo pedes refertæ: & tunc dii ab hoi
bus Sissithrũ rapuerũt. Nauis aũt adhuc iuenitur in armenia/cuius ligna remediũ hoi
bus aduersus multos mirabiliter morbos afferunt. Rursus cum primos hoies Moyses
longis temporibus uixisse asserat: huius rei testes græcorum historicos Iosephus cita-
uit. Nullus inqt breuitatem uitæ nostræ considerans falso scribi opietur tam magno an
norum numero priscos uixisse. Illi.n.deo amici & ab ipso immediatius pducti/& inte-
griore utentes alimento quod longiore tempore poterat permanere nõ iniuria longio
xerit siue a deo talẽ cognitionẽ habuerit Moysem hebræorũq; potas secutus uidetur. Deus eni inquit ipsis manifestauit cuius inuisibilia a creatione mũdi creaturis intellecta cõspiciuntur/æternaque ipsius uirtus/atq; diuinitas ut excusari nõ possint. Quod ita esse uerbis ipsius. Platõis probatur/nã cũ ex persona dei Moyses scripserit. Ego sum qui sum sic dices filiis israel. Qui est misit me ad uos/quib9 uerbis aperte soli deo esse attribuit. Cũq; ut diximus. Salomon futurũ esse quod fuit/& faciundũ quod factũ est/nec nouũ aliquid esse sub sole/unde dupliciter ens partiri uidetur. Nã aliud imortale incorruptibile stabileq; natura intellectuale incorporaleq;/aliud in fluxu mutatiõe semp esse determinat/& ut breuiter colligã cũ ad unũ cuncta iudæi principiũ referãt/unũq; esse absq; ortu/quod uere atq; proprie appellant ens corporaliũ oĩum atq; incorporalium causam/uide quomodo nõ solũ sensum/uerũ etiã uerba ipsa Plato expressit. Quid est inquit quod semp est ortũ nõ habens? & quid quod semp fit/est autẽ nunq̃? Illud certe mente ac ratione percipitur eodẽ semp ens modo/hoc uero irrationali sensu cõprehenditur/ortum occidit/uereq; & stabiliter nũquã ens est. Ita quod a Moyse breuiter dicitur percuntatiõibus latius explicauit. Sibi eni ipsi respondent dicẽs mente ac ratiõe cõpræhẽdi. Illud uero Salomonis quod fuit scilicet quodq; futurũ est p ortũ & occasum expresse/quibus subiicit. hæc eni oĩa erat scilicet ac erit tẽporis partes sunt/quæ non recte ad æternam substantiã trãsferimus/cui est solũmodo uere accõmodatur. Erat autẽ & erit fluentibus solũ uere adaptatur. Nam quod semp eodẽ se habet modo cũ icorruptibile sit atq; imobile/nec senescit tempore/nec fuisse aut fore uere dicitur nec aliquid eorum quæ sensibilibus accõmodãtur recte illi adaptatur. Species. n. istæ sub tempore sunt quod in æternitatẽ circulari ac ordinato motu imitari uidetur. Verũ ne quis male me forsan Platonis uerba itelligere suspicetur a præclaro Pythagoreorũ Numenio huius rei probationẽ assumã/qui sic in secũdo uolumine de bono scriptũ reliquit. Age igitur inquit quantũ possumus proxime ad ipsum ens accedamus/ dicamusq; ipsum ens nec unq̃ nõ fuisse/nec unq̃ non futurũ/sed esse in determinato præsenti tempore solũ. Quod quidẽ præsens sic intellectũ æternitatẽ appellamus. Præteritũ enim tẽpus præteriit iam & nõ est/futurũ uero nondũ est/sed uẽturũ uidetur. Quare si præteritũ atq; futurũ ipsi enti accomodabitur ipossibile quoddã euenit idẽ esse uidelicet/& non esse. Transiuit eni quod fuit/& nondũ peruenit quod futurũ est. Ipsum autẽ ens est/erit ergo & nõ erit. Ipsum ãt ens uere est nec localiter unquã mouebitur/nec eni sursum aut deorsum/nec ante/aut retro/nec ad dextrã/aut sinistrã/nec circa medium mouebitur. Status ergo ipsi cõuenit quoniã eodẽ modo semper se habet. Et post pauca dicam nec me quispiam derideat incorporeæ rei nomen scire contẽdentẽ. Est enim nomen eius essentia & ens/nec enim factũ est/neq; corrumpetur/nec motũ ullum suscipit. Simplex præterea est atq; incõmutabile in una eademq; simplicissima idæa cõstitutum/nec uoluntate sua/nec alio cogi potest ut ab identitate sua recedat. Plato quoq; in Cratillo ait similitudine rerum nomina esse imponenda. Sit ergo nomẽ intellectualis incorporeæ æternæq; substantiæ ipsum ens. Hæc maioris cuiusdã inuenta fuisse puto potentioris uiri/q̃ Plato fuit utputa pythagoræ. Plato quoq; dicit. Quid est quod semp est & ortum nõ habet? & quid quod semper fit/est autẽ nunq̃? illud certe mẽte ac ratione percipitur hoc irrationali sensu & æstimatione cõpræhenditur/factũq; transiit & uere stabiliterq; nunq̃ ens est. Percunctatus igitur quid sit ipsum ens absq; origine ipsum esse respondet/mutatur enim quod oritur quod autẽ mutatur æternum esse nõ potest/deinde progressus aliquantulũ subiicit. Si ergo ipsum ens æternũ atq; immutabile est/nec exit unq̃ a se ipso/sed eodẽ modo semp se habet/hoc profecto est quod mẽte atq; rõne

percipitur. Corpus aũt fluit/cũq; trãsierit nõ eſt. Quare hoc quod ſenſu atq; æſtimatione pcipitur atq; populo dicit ortũ occidit/uereq; nunq̃ ens eſt. Hæc Numenius nõ iniuria ergo dixiſſe ipſum fertur/quis enim eſt Plato q̃ Moyſes attice loquens.

¶ De Ei uerbo græco ex Plutarcho. Cap. VII.

Tu autẽ conſidera quomodo & moſaice theologiæ & aliis etiã uerbis/ quibus deus a ſcriptura dicere introducit̃. Ego ſum dominus deus ueſter & nõ ſum mutatus & prophetæ illi qui dicit. Tu autẽ idem ipſe es & anni tui nõ deficiẽt Conſidera igit̃ ſi Plutarchus in libro in quo ſenſum Ei uerbi græci/quod in delphici tẽpli prophylæis ſcriptum erat/quodq; aut ſi aut es latine ſignificare poteſt his quæ diximus cõuenienter exponat his uerbis nõ numerũ/neq; ordinem/nec coniunctione aliquam/nec aliud aliquid imperfectum ea dictiõe ſignificari exiſtimo. Ser perfecta quædam ad ſalutantẽ deum mihi reſpõſio uidetur una cum uoce ad diuinæ uirtutis memoriam reſpondentem cõuertens. In eodem enim loco ſcriptum eſt. Cognoſce te ipſum/ quod deus accidentes ſalutando cõclamat/ac ideo uiciſſim nos reſpondẽtes dicimus ei quod eſt es/per quam uocem quaſi ueram & ſoli deo accõmodatã ſalutanti deo reſpondemus. Nobis. n. uere eſſe accõmodari nõ poteſt. Natura. n. noſtra inter ortum & mortem conſiſtens inſtabilis quædam/& quaſi phantaſtica eſt/nam ſi mentem collegeris/ ac ipſam cõpræhendere omnino uolueris/quemadmodũ aqua manibus hauſta quanto magis premitur tanto citius defluit. Sic mutabilia cuncta quanto magis ratio perſequitur/tanto magis amittit. Cum enim omnia ſenſibilia in fluxu ſint continue fiũt atq; corrumpuntur/nec eadem unq̃ permanere poſſunt. Fluuium autẽ eundem bis intrare ſecundũ Heracleum impoſſibile eſt/quare nec mortalem ſubſtantiam ſi iterato cõſideres eandem habitu eſſe dices. Sed mirabili cõmutationis uelocitate modo diſſipat̃ modo cõtrahitur. Immo uero nõ recte dixi modo & modo/cum ſimul aliud aſciſcat/aliud perdat/& aliud habet ab ea. Ita nũq̃ adeſſe peruenire poteſt/nunq̃. n. generatio eius ſtat/ ſed embryo a ſpermate/deinde infans/puer/adoleſcens/uir. ſenex/decrepitus/ac qbuſlibet primis corruptis ætatibus ad nouas ueniens tãdem oĩno moritur. Ridiculoſi ergo ſumus homines unam timentes mortem qui multotiens iam mortui ſumus/& ſæpius moriemur. Non. n. extinctio ignis aeris ſolummodo generatio eſt ut Heraclitus dicebat/ſed apertius hoc ipſum in nobis quoq; uidetur. Corrumpitur. n. iuuenis in uirũ uir in ſenem puer in iuuenem/iſans in puerum/& qui heri fuit in eũ qui eſt hodie/quiq; hodie eſt in craſtinum/manet autẽ nullus idem. Nullus. n. eſt idem/ſed uno momento circa fantaſmata unum & cõmunem materiam influentẽ ac refluentem omni momento cõmutamur. Quomodo. n. ſi ſumus idem aliis nunc quis antea gaudemus? Alia modo amamus atq; odimus/alia laudamus atq; uituperamus/aliis uerbis utimur/aliis paſſionibus mouemur/nõ eandem figuram/nõ eandem de rebus ſententiam habentes? Nõ enim poſſibile eſt ſine cõmutatione aliis nunc q̃ antea cõmoueri/nec qui aliis atq; aliis mutatur idem profecto eſt q; ſi idem nõ eſt nec eſt/ſed fluit cõtinua mutatiõe. Senſus autẽ ignorantiæ ipſius entis fallit̃/& eſſe putat quod non eſt. Quid igitur uere ens eſt? quod æternũ eſt/quod ortum nõ habet/quod incorruptibile/quod nullo tẽpore mutatur. Mobile nãq; tempus eſt/& mobili materia cõiunctum fluit ſemper & quaſi corruptionis atq; generatiõis uas nihil retinet. Vnde prius atq; poſterius & fuit & erit nihil omnino ſunt. Quod uero ex tẽpore eſſe uidetur/quo adeſſe dicimus & nunc dicimus hoc ipſum tanq̃ fulgur uelociter tranſit. Quare cum tempus mẽſuram ſenſibilium ſit/ cũq; ipſum nunq̃ ſit apte dicemus ipſa ſenſibilia nunq̃ permanere/nec entia eſſe/ſed gigni atq; corrumpi ſecundũ menſurantis naturã. Erat igitur & erit ipſi enti accõmodari

non possunt. Transitum.n.hæc & mutatione rei significāt. Deus aūt si fas est dicere nec est in tēpore aliquo/sed in æternitate immobili/cui9 nihil prius nihil posterius/nihil futurū/nihil præteritum est/sed cū unus sit ens in uno nunc illud quod est semp repleuit. Solū igitur ipse est uere ens/quod nec fuit/nec futurū est/nec icæpit/nec cessabit & sic ipsum colere ac salutare oportet/aut certe ita intelligendū est queadmodū nonnulli priscoꝝ dicebant ei pro es accipientes/& unū supplentes ut sit tu solus unum es. Nō enim multa deus est ut singuli nostrū ex innumerabilibus fere cōpositi/sed unū est uere ens. Diuersitas.n.cū differentiam in ente faciat in ortum non entis peruenit.

Deus in æternitat

¶ Quod deus ineffabilis est. Cap. VIII.

Præterea cū Moyses oēsq; prophetæ ineffabilem rem intellectuq; solū percæptibilē deū eē doceant/huiusq; rei symbolū scriptum apud eos quattuor uocalibus nomen dei feratur quod proferre non possunt. Cōsona his.n. Plato in magna epistola dicit. Fabile inqt nullo modo est/sed ex multa inhæsione inhærētiaq; ut ita dixerim circa rē ipsam & uitæ & integritate repente quasi ab igne accensum lumē aīo inascitur quod se ipsum alit/hoc qdem lucis exemplum multo pri9 ante Platonem hebræorū propheta protulit dicens. Signatum est sup nos lumē uultus tui domine/ dedisti lætitiam in corde meo/& rursus/& in lumine tuo uidebimus lumen.

Deus ineffabilis

¶ Quod deus unus est. Cap. IX.

Moyses unum eē solūmodo deum docuit. Audi enim dicit Israhel. Dominus deus tuus unus est. Plato quoq; i Timæo cælū unum & deū unū eē dicit his uerbis. Vtrum igitur recte unum cælum esse dicimus/& deum unum eē dicimus/an multos inumerabilesq; dicerē rectius erat? Vnum inqt certe siqdem ad exemplar creatum est. Quod.n.intellectiua continet aīalia duplicatū esse non potest. Qui & si secundū aliorū consuetudinē plures nonnunq̄ esse deos dicere uideatur/ab epistola tn̄ ad Dionysium ubi deorū nomē eaꝝ epistolaꝝ facere principium dicit/quas negligenter/& ad grām aliorum non ex animi sui sententia scripserit/ab unius uero dei noīe illas incipere quas studio suis edidit aperte patet unum deum putasse. De signo inquit epistolaꝝ quas cū studio mitto/& quas non recte arbitror te meminisse. Aduertendū autē est tibi diligenter quia multi a nobis litteras petunt/quos repellere non possumus Cum ergo studio & ex sententia scribimus animi deus principium epistolæ præbet. Cū aūt non/non deus sed dii. In legibus uero a priscis id seq didicisse his uerbis ōndit. Deus igitur ut a priscorum sermone accæpimus cum principiū finem & medium rerum oīum contineat recte omnia natura perfectus determinat/cui semp adhærent iustitia seuera ultrix eorū qui diuinā legem contēnunt/quā qui ad beatitudinem erigitur humiliter seruat. Si quis aūt arrogantia elatus pecuniis aut dignitatibus efferē uel fortuna corporis & iuuentæ amentia incensus aīum deturpat/& quasi nullo principe ac duce indigens ipse aliis posse se præesse arbitratur/is derelictus a deo uniuersa cū sodalibus suis pturbat/& multis magnus quidem uidetᷣ breui autem diuinitus deiectus se ipsum domū patriāq; suā simul euertit. Hæc Plato. Tu autem quod dixisti dixit principium finē & medium rerum a deo contineri illi prophetico conferas. Ego deus primus. Ego etiā post hæc. Quod uero natura perfectus determinat dixerit illi simile rectitudines sciuit facies eius. Qui aūt dicit iustitiam deo adhærere ultricem eorum qui diuinā negligunt legem illi consentaneum iustus dn̄s & iustitiam dilexit/& mihi uindictam & ego ulciscar dicit dominus. Quod humiliter deo adhæret/q ad beatitudinem erigitur illi compar est post dn̄m deum tuum ambulabis/& deniq; q̄ a deo derelinquatur, qui arrogantia effertur illi omnino quadrat. Deus superbis resistit/humilibus autē gratiam præbet

Deus unus.

Plato.

Deus

Dy.

& lætitia impiorum casus singularis. Sed hæc quidem de uno deo dicta sufficiant.

De Verbo. Cap. X.

Vnc de unigenito filio dei/quē uerbum dñm & deū ex deo hebræoꝝ scriptura esse denotat dicendū est. Moyses igit̃ apertissime domini appellatione bis posuit dicens. Et pluit dñs a domino ignē & sulphur/ubi bis quattuor uocalium ineffabilem concursum quo ineffabile nomen dei significatur conscripsit. Et dauid quoqꝫ & ꝓpheta & rex iudæorū in psalmis scripsit. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis. Quomodo enī a dextris domini dominus sedet nisi duas personas intelligamus? Quā quidē rem alibi apertius dicit. Deum omnipotentē & creatorē oīum eē dextris assidentem patris declarans. Verbo inquit domini cæli firmati sunt. Saluatorem quoqꝫ ipsum omniū/qui eū suscipiunt his uerbis ostendit. Misit uerbū eius & sanauit eos/fili9 etiam eius Salomon uocabulo sapientiæ ꝓuocabulo uerbi usus hæc ex persona ipsius sapientiæ dicit. Ego sapientia consiliū atqꝫ cognitionē fabricata sum. Et post pauca dñs possedit me initio uiaꝝ suaꝝ anteꝗ̄ quicꝗ̄ faceret a principio ab æterno ordinata sum / & ex antiquo anteꝗ̄ terra fieret: nec dum montes graui mole cōstiterant. Ante colles ego perturiebar/quādo præparabat cælos aderā/& alibi. Est in illa spūs itelligentiæ: sanct9: unicus/multiplex subtilis/mobilis/discretus/incoinquinatus/omnē habēs uirtutē/oia prospiciens/per intellectuales omnes spiritus mundos atqꝫ subtiles ingrediens omnibus.n. mobilibus mobilior est sapientia/transit autem ingrediturqꝫ per oia propter munditiā. Vapor.n.uirtutis dei & emanatio gloriæ omnipotentis sincera/& ideo nihil inquinatū in illa incidit. Fulgor enim est lucis æterne/& speculum immaculatum dei maiestatis & imago bonitatis illius attingit autē a fine usqꝫ ad finem fortiter/& disponit omnia suauiter. Hæc a priscis iudæoꝝ auctorib9 modo sufficiant. Philonem etiam audias/quis non recte in omnibus/dilucidius tamē hæc ita exponētem ut iure quis credere possit non alium esse scripturæ sensum quā ecclesia prædicat in libro.n.quem inscripsit quod peiora soleant melioribus insultare his uerbis usus est. Decet omnes qui scientiam quærunt ad deum patrem mentem erigere. Si uero nequeunt ad imaginem saltem eius scilicet uerbum sacratissimum. Item in eodem/& si nondum aliquis filius dei appellari dignus est/ studeat tamen ad primogenitum eius uerbum angelis omnibus antiquis/& quasi principem angeloꝝ in ultionē sequi. Origo enī & deus & uerbū & imago ad quā homo creatus est & israhel iudæus appellatur. Quare paulo ante profusior ad laudes eorum fui/dicunt oēs nos unius hoīs filios esse. Nam & si nondū digni sumus existimari dei filii/sumus tamē perpetuæ imaginis ei9 uerbi uidelicet sacratissimi. Dei enī imago est uerbum antiquissimum/ percæpimus ēt a quodam Moysi sodaliū dictum esse. Ecce homo cui nomen est oriens/noua inauditaqꝫ appellatio/nec rei conueniens si ex aīa & corpore hoiem dici putabis. Sin uero incorporalem illum qui diuinam habet formam intelliges cōmodissime orientis hoc noie appellatus est. Hunc enī primum filium pater omnium oriri fecit/quem alibi primogenitum nominauit. Filius quoqꝫ patris uias imitatus/ & ad primitiua illius exemplaria respiciens species rerum formauit. Nunc Platonem audiamus/qui huiusmodi uerbis in epimenide usus est. Laudem autem non qdem alii anno/alii mense/alii nullo in tempore in quo polum suum transcurrit mundum. Vna efficiens/quem uerbum illius ordinauit/quod rerum oīum est diuinissimum. Et in epistola ad tres sibi amicissimos Hemiam dico/Horastum & Coriscam his uerbis cautissime sacratissimum hoc dogma illis commendauit. Hanc inquit epistolam omnes tres una legetis/uel ad minus duo communiter totiens quotiens poteritis. Oportet enim uos uti hac lege iureiurando confirmata diligentia eleganti/& studio eiusqꝫ sorore doctrina/ ut

Philo

Dei primogenitus.

Plato.

per deum pricipem oium præsentium & futurorũ/& per patrem & causam pricipis & dñm iuretis.Quæ si recte philosophantur clare quantum hoi contigere potest cognoscemus.Nonne tibi uidetur Plato hebræorum scripturis insudasse? Vnde nãq; ipse quã ab hebræis discere posset patrem & dominum deũ appellare ac deum pricipis & dñi patrem noiare.Aut quis unq̃ apud græcos a diuinissimo uerbo mundum dixit esse ordiatũ:Quod si platonicorum testimonio philosophi sententiam confirmari cupis Plotinũ audi quid in eo libro dicat/quem de tribus hypostatibus a qbus oia pricipium habent iscripsit:mundum inqt hunc sensibilẽ si qs admiratur magnitudinem / pulchritudinem & perpetui motus ordinem considerans/& deos qui sunt in eo alios uisibiles/alios iuisibiles/dæmonas etiam/aialia/plantas/cæteraq; oia ad primitiuum exemplar mente ascẽdant/& ibi cuncta itellectualia contempletur/eorũq; oium æternam mentem atq; sapiẽtiam præsidentẽ/& paulo post subiungit dicens.Quis igitur hunc genuit? Ille simplex scilicet qui ante hunc est/q causa est ut ille sit & tantus sit qui numerum facit.Non.n.numerus primus est.Ante dualitatem.n.unum est:deĩde dualitas est ab uno nata/& pgressus aliquantulum addit/quomodo igitur & qd itelligendum est circa illud quod stabile manet.Splendorem.s.ex illo/ex illo autem manente sicut splendẽtem lucem ex sole.Ita ex eo semper profluentem/ex manente autem uniuersa etiam quæ sunt ab ipso inq̃ manente progrediuntur/& ab eius uirtute substantia eorum necessario dependet.Imago igitur primitiui est unde nata est.Sic ignis caliditatem suam & nix frigiditatem non in se solummodo continet:sed extra etiam producit/maxime autẽ quæ odorem emittunt isti rei testantur/quæ donec sunt emittunt qdem circa se/quo qui propinqui sunt perfruuntur/oia etiam quæ perfecta sunt generant/quare quod semper est & semper perfectum est semper generat/& quod ex eo generatur perpetuũ est q̃uis & minora etiam / quam ipse sit generat.Quid igitur oportet de perfectissimo dicere/aut de maximo post illud/ maximũ autẽ & secundũ post illud itellectus est/itellectus.n.itelligit/& eget illo solummodo.Illud autẽ hoc non eget/& quod a summo itellectu natum est/itellectus est/Melior autem oibus itellectus est/quoniã oia post ipsum/& post pauca/ amat autẽ omne quod genuit/& maxie quando sola sunt generans & generatum.Quando autẽ ẽt optimum est illud quod genuit necessario cum illo simul est/ut in eo solummodo quod aliꝰ est separetur.Imaginem.n.illius itellectum eẽ dicimus/& progressus subiicit iccirco etiam Plato terna oia esse circa regẽ dicit/primũ circa prima/deinde circa secunda & tertio esse tertia/ipsam quoq; causam rerum patrem habere dicit causam rerum itellectum appellans.Creatorem.n.itellectum esse censet/& ab hoc aiam esse creatam in illo cratere. Cum igitur causa itellectus sit ipsum bonum quod ultra itellectum & ultra substãtiam est patrẽ eius appellat.Multis aũt in locis ipsum ens/& itellectum ipsum idæam noiat. Cognouit igitur Plato ex ipso bonũ itellectum esse/ex itellectu uero aiam/& sermones hos non esse inanes/nec modo/sed a priscis temporibus non ita explanate dictos/posteriores autem sermones expositionis pacto esse factos.Testibus uero ꝙ hæc opinio prisca sit scriptis ipsius Platonis utemur.Hæc Plotinus.Numenius etiam in libro de bono his uerbis utitur.Qui de primo atq; secundo deo qcq̃ itelligere gliscit singula prius ordine distinguere debet/aliter enim sui studii thesaurum effundit/quod ne patiamur deo huius orationis duce inuocato ut cogitationis nostræ thesaurum eliceat incipiemus. Orandum autem prius est deinde distinguendum.Deus primus quidem cum in semet ipso sit indiuisibilis ac simplex est.Deus autem secundus & tertius unus est/& materiæ quæ dualitas est inhærens uiuit eam/quãuis disseparetur ab ipsa quæ tota cupit & fluit. Et post pauca.Nec.n.oportet inqt deum primum creare/sed creantis dei patrem esse.

Et progressus aliquantulum primũ inqt deum regem oĩum ab oĩ opere cessare oportet Creatorem uero deum oĩa gubernare dicimus a quo iteriora mẽs mittitur ad oĩa/ quæ ad cõmunicationẽ illius ordinata sunt. Cum igitur ad nos conuersus deus respiciat nos tum ipsius radiis fit ut uiuamus/corpora quoq; alantur ac uiuant. Cum uero in altitudinem suã deus se ipsum conuertat/tunc corpora qdem extinguũtur/mens uero uiuit uita beatiore. Ista illis psalmistæ similia sunt. Quã magnificata sunt opera tua domine oĩa in sapientia fecisti/impleta est terra possessione tua/omnia a te expectãt ut des illi escam in tempore dante te illi colligent/aperiente te manum tuam oĩa implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur/auferes spiritum eorũ/& deficient & in puluerem suum reuertẽtur. Emitte spm̃ tuum/& creabuntur/& renouabis faciẽ terræ. Quid eni hæc ab illis differunt/cum philosophus asserat respiciente deo uiuunt ipsi9 radiis aĩalia/conuerso aũt in suam altitudinem extinguuntur: cum rursus salutari doctrina saluator noster prædicet. Ego sum uitis pater meus agricola est/uos palmites. Audi quomodo. Numenius cõsentanea istis scripsit. Quẽadmodũ inqt agricolæ rõ quædam est ad plantas relata/hoc modo se habet primus deus ad creatorem. Primus eni cũ semen oĩs uitæ sit res oẽs seminat. Creator uero plantat & distribuit transfertq; ad singulos nos quæ inde iacta sunt. Et aliquantulũ pgressus ut ostendat quomodo secundus deus a primo est. res qdem humanæ inqt ab eo q dat ad accipientẽ transeunt/diuiæ uero a deo dãtur & ab eo non absunt/quale qd scientia est/quã q accipit melior factus est/q autẽ dedit nihil amisit. Lucerna ẽt ab alia lucerna sic accenditur ut prima non extinguatur. Materia enim alterius ab igne alterius accenditur. Sic & scientia non recedit a dãte/& tamẽ in accipientem transiuit/cuius causa humana non est Substantia uero quæ sciẽtiam habet idem est apud deũ dantẽ & apud accipientẽ. Iccirco Plato quoq; a Prometheo i homines magno quodã splendore ignis sapientiã uenisse affirmat: & post pauca alia iquit primi dei uita est/alia secundi primus. n. stat/secundus autẽ mouetur/& primus in intellectualibus. Secundus in itellectualibus & sensibilibus. Nec mireris de his uerbis. Mirabilius. n. illud est quod modo dicam. Nã statum ẽt primi motus assero esse inatũ/a quo uniuersi ordo statusq; sempiternus & salus in res oẽs transfunditur. Idẽ in sexto. Nã qm̃ non ignorabat Plato creatorem ab hoibus solum cognosci. Primũ autẽ itellectum/quẽ ens ipsum appellat oibus eẽ ignotũ/iccirco his utitur uerbis/quasi magna uoce clamet. Quem putatis intellectum o homines/non est primus/ sed alius ante ipsum est maior atq; diuinior. Et aliquantulum progressus gubernator inquit cum in pelago feratur clauo inhærens gubernaculo sedendo dirigit nauem: oculi uero eius & mens in altum ad æthera tendunt/sic uia nauiganti per maria per cælum dirigitur. Non alio modo creator ne materia repellatur/aut defluat harmonice ipsam ligauit/& tanq̃ naui in ipsa insidet & harmonice dirigit per idæas quasi per clauum gubernans respicitque non in cælum/sed in deum supiorem/quem speculando discernendi uim accipit/quem desiderando motionem recipit. Hæc illis similia sunt/nihil potest filius a se ipso facere nisi uideat patrem facientem. Ita platonici omnes & ante platonicos ipse Plato ab hebræis ea nomina uidentur habuisse/quibus excelluerunt/nam etsi non recte intellexerunt/uerbis tamen suis manifesti sunt cuncta ab hebræis accæpisse. Vnde Amelius quoq; illustris iter iuniores platonicos q̃uis Ioãnis euangelistæ nomen cælauerit barbarum ipsum quoniã iudæus fuit appellando uerbis tamẽ eisdẽ fere utitur dicens. Hoc profecto erat uerbũ/ quo ea quæ sunt facta sunt ut Heraclitus ẽt diceret/quid ẽt ipse barbarus putat in ordine principii atque dignitate constitutum apud deum esse/& deum esse per quod uniuersa simpliciter esse producta in quo quæ uiuunt uitam habent/& in corporea ipsum

cadere/& carnẽ indutũ hominẽ ita uideri ut naturæ dignitas nõ lateat/quare rursus resolutũ in deum redire & deum talẽ esse qualis fuit anteq̃ incorpus carnẽ & hominẽ deduceretur. Hæc.n.nõ occulte sed aperte ac nudo capite ut dicitur a barbari iudæi theologia transposita sunt. Barbarum.n.neminẽ alium certe hic q̃ Saluatoris uostri euangelistam Ioãnem appellauit/qui euangelium sic incipit. In principio erat uerbũ/& uerbũ erat apud deum/& deus erat uerbũ: Hoc erat in pricipio apud deum oĩa per ipsum facta sunt/& sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est in ipso uita erat/& uita erat lux hominum/& lux in tenebris lucet/& uerbum caro factum est & habitauit in nobis/& uidimus gloriam eius. Sed aliũ etiam ab hebræis theologũ audias / qui est inquit imago inuisibilis dei/totius creaturæ primogenitus in quo creata sunt omnia/quæ in cælis & quæ in terra sunt/siue uisibilia/siue inuisibilia. Sed quæ de filio dei dicta a Platonicis sũt ad hoc usq; procedant. Cum autẽ scriptura hebræorũ cum patre ac filio spiritũ numeret/ac beatissimam sanctissimãq; trinitatẽ unum deum esse significet / quod expressius ecclesia & sentit & prædicat/operæprecium est audire in quo enigmate Plato ad dionysium scribens usus est. Dicendum inquit tibi enigmatice censeo ut si epistola excidat q̃ legant non intelligant/sic enim res se habet omnia circa regem uniuersi sunt/illius gratia cuncta sunt. Ille causa bonorum omnium est. Secundo circa secundam/& tertio in tertiis. Hominis igitur anima discere glisit quænam ista sunt. Traditur enim ad comparia eius. Hæc qui Platonem exponunt ad primũ deum/& ad secũdam causam atq; tertiam/quam mundi animam esse dicunt pertinere arbitrantur. Tertium enim deũ mundi animam esse dicunt. Diuina uero scriptura patrẽ & filium & spiritum sanctum unũ rerum omnium principium esse confirmat.

Plato

Trinitatis apud Platonem mentio

Pater. F. Spiritus Sanctus.

De Bono. Cap. XI.

Nunc de bono quid scriptura/quid platonici dicant perscrutemur. Scriptura igitur ipsum bonum nihil aliud esse docet q̃ ipsum deum. Bonus.n.inquit dominus oĩbus sustinentibus eum/& confitemini domino quoniã bonus/quoniam in sæculum misericordia eius. Et Saluator. Cur me iquit dicis bonum? Nemo bonus nisi unus deus. Plato autẽ in Timæo. Dicamus inquit qua de causa uniuersum hoc a creatore ꝓductum est/& cõfestim subiungit. Bonus erat/bono uero nulla unq̃ inest iuidia/quare oĩa q̃maxime similia sibi facere uoluit & in libris de republica. Sol quoq; inquit uisus quidẽ nõ est/causa uero ipsius sic est ut ab eo ipso uideat̃. Sic puta me dicere boni emanationẽ. Genuit.n.simile sibi/quodq; ipsum in intellectualibus est ad intellectum & intellecta/hoc inuisibilib9 ad uisum & uisa. Et post pauca. Quod igitur ueritatem rebus cognitis præbet/& cognoscẽti cognoscendi uirtutẽ idæã esse boni credendum est/& rursus. Non.n.rebus quæ oculis cernuntur uim qua uideãtur solũmodo a sole præberi concedes/uerũ etiã generationẽ crementũ alimentũ/cũ sol ipse generatio nõ sit. Sic igitur etiã rebus cognitis nõ solũ ut cognoscant̃ sibi a bono inest/uerũ etiam esse & substantiã ab illo habent/cum tñ ipsum bonũ substantia nõ sit/ sed omnem substantiam uirtute sua excedat/his uerbis Plato sententiam suã mãifestissime aperit/q̃ intellectuales etiam substantiæ a bono idest a deo habent ut sint/& substãtiæ sint. Bonũ aũt ipsum ultra omnem substantiam censet/quare nõ sunt deo consubstantiales intelligentiæ/& cum esse atq; substantiã a deo accæperunt creatæ profecto sunt. Quæ autẽ creatæ sunt nefas erit deos putare. cum etiam natura ipsum bonum non sint/quod uni soli uere atq; p se bono attribuitur. Sed Numenium rursus Platõis sensum de bono latius exponentem audiamus. Corporalia inquit a signis & similibus quibusdam cõprehendere possumus. Ipsum uero bonum a nullo insito signo/nec a similitudine sensibi-

Bonũ nihil excepto deo.

Deus bonus inuidiaq; nõ tangitur.

Sol cã uisus.

Numen.

Bonũ comprehensu difficile.

li cõpræhẽdi ullo modo poteſt.Q uare neceſſe eſt quẽadmodũ ſi quis in ſpecula ſedẽs paruã nauiculam ſolam in magno pelago iter ꝑudas acucie uiſus uno intuitu perſpexerit/ſic longe a ſenſibilibus iumentis quaſi ſpecula ſedentem ſolũ/ita ut nihil penitus magnum aut paruũ perturbet.Sed diuina quadã oĩum deſolatio ſit ipſum bonũ profunda tranquillitate ac pace quærere.Inuehitur enim & inhæret ſubſtãtiæ quaſi nauiculæ. Si quis aũt ſenſibilibus detentus ipſius boni quaſi phãtaſmatibus mouetur/ac ideo putet bonũ ipſum proſpexiſſe uehementer peccat.Nullũ enim phantaſma ipſius eſt. Via igitur atq; ratio intelligendi boni optima eſt ut primũ ſenſibilia oĩa negligantur/deinde ut in diſciplinis numeri ipſi inſpiciantur ac inde ad intelligendũ ipſum ens eleuari.Hæc in primo libro de bono.In quinto uero ſi eſt inquit ſubſtantia & idæa intellectuale qd/cuius cauſam intellectum eſſe conceſſum eſt/ſequitur ut intellectus iſte ſolus ſit ipſum bonum.Nam ſi creator deus generatiõis eſt/ſatis eſt ut ipſum bonũ ſubſtãtiæ principium ſit/cui quidẽ bono creator deus proportionalis eſt cum ſit imitator eius ſubſtãtiæ autem generatio proportionalis.Imago eni eſt eius & imitatio ꝙ ſi creator generatiõis bonus eſt/erit ſubſtantiæ creator bonũ ipſum ſubſtãtiæ conſitũ . Cum enim duplex ſecundus ſit ipſe & mundũ & idæam eius facit cum ſit creator.Q uattuor ergo ſunt primus deus qui eſt ipſum bonũ.Imitator eius/qui omniũ creator eſt/q eſt bonus.Eſſentia uero altera quidẽ primi/altera uero ſecundi/cuius imitatiõe eſt pulcher mundus boni participatione ornatus.Sic Plato bonũ primo deo ſolũmodo tribuit.Nam ſi bonus ſecundus deus eſt/a primo tamẽ bonus eſt.Seperata uero/& in diuerſis hæc libris poſuit.Seorſum enim circulare creatorẽ appellauit/dixitq; in Timæo bon9 erat. In libris autem de republica ipſum bonum boni eſſe idæã cenſet/ut ſit creatoris idæa ipſum bonum/qui participatione ſolius primi bonus eſſe probatur.Sicut eni homines dicũtur hominis idæa ut ita dicã impreſſa & boues bouis/ſic cũ creator ſit bonus in participatione primi boni.Primus intellectus idæa eius erit/qui eſt ipſum bonum/quæ cum ita ſe habeant hunc mundum neceſſe eſt imaginem non eſſe alicuius. Intelligentias enim omnes illud in ſe ipſo continet/ſicut hic mundus nos. Hæc Plato in Timæo/quorum ſenſum ab eo libro didymi ſumam/quẽ inſcripſit de placentibus Platoni.Determinata inquit ſenſibiliũ exemplaria idæas appellat/ex quibus ſcientiam & diffinitiones fieri cẽſet.Præter enim omnes homines hominem quẽdam intelligi/& præter equos omnes equum/ac cõmuniter præter animalia animal nec generabile nec corruptibile ut quẽadmodum ab uno ſigillo multa ſignantur/& multę uiriles fiunt inde imagines/ſic a ſingulis ſenſibilium idæis multa formantur.Eſt autem idæa perpetua ſubſtantia cauſa & principium ut ſingularia talia ſint qualis ipſa eſt/& quẽadmodum primitiua ſenſibiliũ exemplaria ad hæc corpora præcedunt/ſic quæ omnia in ſe ipſa continet pulcherrima atq; perfectiſſima huius mundi exemplar eſt/ad quam a creatore deo ab uniuerſa ſubſtantia mundus ſimillime formatus eſt. Hæc Didymus ex ſententia Platonis/quæ omnia multo altius ſapientiſſimus ille Moyſes/a quo hæc iſti detorſerunt breuiſſime conſcripſit qui ante hunc ſolẽ/& ſtellas/& cælum uiſibile quod firmamentũ appellat / ante aridam hanc terrã/ante diem & noctem hanc lucem aliam & diem & noctem aliam a deo uero creatoreq; omnium facta fuiſſe oſtendit.Propheta quoq; inuiſibilem ſolem oſtendens oratione deo accõmodata.Timentibus inquit me ſol iuſtitiæ orietur. Ipſam quoq; iuſtitiam non dico qualitatem aliquam/ſed qualitatis creatricem hebræorum ille propheta ſignificauit/cum de deo dicat.Q uis ſuſcitauit ab oriẽte iuſtitiam uocauit eã in facie eius? Verbum quoq; in prioribus creatorem ab hebræis appellatum oſtendimus.De quo quidẽ uerbo hæc apud eũ feruntur.Q ui natus eſt nobis ſapientia a deo

iuſtitia & ſanctimonia/& redemptio dicitur enim & uita/& ſapientia/& ueritas/& omnia ſubſtantialiter.Subſiſtit enim & ſapiẽtia hæc & uerbum hoc ut ab hebræorum ſcriptura docemur/q̃uis Philo iudæus ſcripturæ interpres/ac expoſitor alter ſentire uideatur/quem non eſt alienum audire.

¶De iudæis ſecundum Moyſem ex philone. Cap.XII.

SI quis uoluerit inquit ſignificatioribus uti uerbis nihil aliud intellectualẽ dicet eſſe mundum/q̃ dei iam creantis uerbum.Nihil.n.aliud ciuitas illa intellectualis eſt/q̃ creatoris ratio creare iam cogitantis/quod dogma Moyſi nõ meum eſt.Aperte nãq; ſcribit ad imaginẽ dei hominem eſſe formatum/q; ſi pars imago imaginis eſt/& uniuerſus iſte mundus ſenſibilis ad exemplar diuinæ magnis factus eſt/primitiuũ ergo ſigillũ quod intellectualem mundum appellamus ipſum exemplar eſt.Primitiua idæa idæarum omnium dei uerbum.In principio aũt dicit feciſſe deum cælum & terram/non ſecundũ tempus principium intelligens ut multi putant.Non fuit.n.tẽpus ante mundum/ſed aut cum ipſo/aut poſt ipſum.Menſura.n.motus tẽpus eſt/motus aũt re mota prior eſſe non põt/ſed ut poſterior aut ſimul.Quare neceſſe eſt tẽpus aut poſt mundũ/aut una cum eo factum fuiſſe.Relinquitur ergo principiũ hic numeri eſt intelligendũ/ut in principio pro primum accipiatur.Et poſt pauca.Primum igitᷣ cælum fecit incorporale & terram inuiſibilem aeris idæã & uacui.Quorũ alterũ tenebras/niger.n.aer ex natura eſt/alterũ abyſſum appellauit.Vacuum.n. profundiſſimũ & effuſiſſimũ eſt.Deinde aquæ atq; ſpiritus incorporalẽ ſubſtãtiam/& deniq; ſeptimæ lucis/quæ ẽt incorporalis & intellectualis ſolis exemplar & omniũ ſtellarum fuit. Duo aũt ſpiritus ſcilicet & lux digniora uidentur.Alterũ.n.dei noĩauit/quia ſpiritus uiuaciſſimus eſt/uitæ aũt deus cauſam eſt.Alteram aũt ualde bonã eſſe affirmauit. Tanto.n.intellectualis lux uiſibili hac fulgentior eſt/ut mihi uidetur/quãto ſol tenebris dies nocte & intellectus totius aĩæ dux oculis corporeis.Inuiſibilis aũt & itellectualis illa lux diuini uerbi eſt imago/quod generatiõem eius lucis explicuit/ quæ eſt ſupercæleſtis ſtella fons ſenſibilium ſtellarum a qua ſol/luna/cæteræq; ſtelle pro uirtute ſua fulgorẽ hauriunt/qui fulgor ſimplex atq; ſincærus tantũ denigratur poſtea q̃ immutabilia tranſierit/q̃tum ab intellectualibus ſenſibilia diſtãt Nihil.n.ſincerum eſt eorũ quæ ſentiunt/q̃m uero luce facta tenebræ abierunt/& termini utriuſq; ſpacii fixi ſunt certis ueſpere & mane ſpacium tp̃is quod hinc effectũ fuit diem nuncupauit/& diẽ non primam ſed unam quæ dicta eſt propter intellectualis mundi ſolitudinẽ qui unicam habet naturã. Et ſic quidem incorporalis mundus abſolutus eſt diuino uerbo conſtitutus/ad cuius exemplar ſenſibilis creabatur/cuius primã partem atq; optimã cælum effecit/& firmamentũ appellauit quia corporeum eſt.Natura.n.firmum atq; ſolidum corpus eſt propter trinam dimenſionẽ.Nulla.n.alia corporis ſolidi atq; firmi notio eſt q̃ trina dimenſio.Iure igitur ita nominauit ut ab intellectuali atq; incorporeo ſenſibile hoc eſt corporeũ diſtigueret.Hæc Philo/quibus cõſentanea.Clemens quoq; noſter in ſexto dicit.Mundum inq̃t philoſophia barbara alium itelligibilem/alium ſenſibilem cenſet/alterũ primitiuũ/alterum boni exemplaris imaginem:& intelligibilẽ q̃dem unitati attribuit. Senſibilem uero ſexadi.Connubium.n.a pythagoreis ſexas dr̃/quia fœcũdus numerus eſt.In unitate igitur cælum inuiſibile factum eſt/& terra ſancta lux intellectualis. In pricipio eni fecit deus cælum & terram/& terra erat inuiſibilis.Et ſubiungit & dixit deus fiat lux & facta eſt lux.Inſenſibilis autem mundi creatione ſolidum creauit cælum/quod uero ſolidum eſt ſenſibile etiam eſt terram inuiſibilem & lucem/quæ cernitur.Hæc latius diximus/ut oſtendamus idæas animalium in intelligibili mundo poſitas/a quibus ſenſibi

lia ista secundum Platonem creantur ab hebræorum scriptura esse deriuata. Vnde etiã didicit Plato incorporeas uirtutes & bonas & contrarias esse.

Ab Hebræis didicit Plato contrarias esse uirtutes. Cap. XIII.

SCribit eni in decimo de legibus si oia quæ quo uolũt mouent aia gubernat. Quare cælum etiã ab aia gubernari non dicimus? Certe inq̃ dicendum est. Vnũ ne igitur aut plures? pauciores inq̃ duabus benefactrice scilicet atq; cõtraria ponendæ non sunt. Et post pauca. Concessum iã nobis est multarũ bonarũ uirtutum cælũ esse repletũ/contrariis ẽt non uacare. Vnde nobis bellũ absq; fine indictũ est/ in quo agendo patrocinio nobis opus est. Auxiliatores autẽ nobis dii & dæmones sũt. Nos uero possessio quædã sumus deorũ ac dæmonũ unde ista plato adinuenisti? ego q̃dẽ nescio aliud præter q̃ q; mille annis aute tuã ætatẽ uulgo apud hebræos hoc dogma ferebatur. Scribitur. n. & uenerunt angeli dei ut corã deo assisterent/& diabolus uenit ĩ medio ipsorũ: Diabolũ quidẽ contrariã uirtutẽ/angelos autẽ bonos appellauit/ quas & uirtutes bonas & spiritus diuinos/& ministros dei scriptura noiat/qui facit dicẽs angelos suos spiritus/& ministros eius ignis flammã. Bellũ ẽt a cõtrariis nobis iferri scriptura significat dicens nõ esse nobis hanc luctationẽ aduersus carnẽ & sanguinẽ sed aduersus principatus potestates/& principes huius mũdi aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus. Cum ãt possessionẽ nos deorum & dæmonũ censeat illud mosaicũ traduxisse uidetur quo dicitur quando altissimus gẽtes partiebatur/dissemiauit filios Adam/& cõstituit terminos gentium secundum numerũ angelorum dei.

Demonas bonos & malos Plato ponit.

Demones mali hominibus aduersantur.

Quod animi quoq; immortalitatem ab hebræis Plato didicerit. Cap. XIIII.

ET de animæ autẽ immortalitate Moysem est secutus/qui primus imortalitatẽ esse docuit/cũ eam imaginẽ esse dei. Immo uero ad imaginẽ dei esse asseruerit. Et fecit inquit deus hoiem ad imaginẽ dei fecit eũ. Et distinguens in corpus & animã hominẽ subiũgit & sufflauit in faciem eius spiraculũ uitæ & factus est homo in animã uiuentẽ. Principem uero esse hominẽ atq; regem omniũ/quæ in terris sunt ostẽdit dicens. Et dixit deus faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã/& præsit piscibus maris & uolatilibus cæli/& bestiis/uniuersæq; terræ. Et creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suã/ad imaginem dei creauit eum. Quomodo aũt aliter imago dei/& deo similis erit q̃ secundũ intelligendi uim? Sed Platonẽ quoq; audiamus ut q̃ bonus mosaycæ scripture discipulus fuerit nõ ignoremus. Scribit enim in alcibiade habemus ne aliud melius atq; diuinius in anima quam illud est quod sapit atq; itelligit/ nihil prorsus/hoc ergo illud est quod deo simile est/quod si unusquisq; in seipso cognouerit deum quoq; non ignorabit. In libro uero de anima duo inquit genera rerũ ponenda sunt uisibile atque inuisibile quorũ alterum scilicet inuisibile eodem se semper modo habet. Alterum uero nunquam se habet eodem modo. Nostri quoque alterum corpus est alterum anima. Et corpus quidẽ uisibile anima uero inuisibilis est/& quando corpe utitur ad cõsiderandũ aliqd (utitur ãt aut uidẽdo/aut audiẽdo/aut oino sentiẽdo/ tũc a corpe ad hæc trahit quæ nũq̃ eodẽ modo se habẽt. Quare fit ut erret/turbetur/ac quasi temulenta deficiat/qñ aũt p se ipsam aliqd cõsiderat tunc ad imortale sincerũ sempiternum eodẽq; modo sem͞p se habens se ipsam erigit/& quasi quædam emanatio eius ad illud redit/quando ad seipsam redit/& tũc ab errore cessat/& eodem modo semper se habet quia sempiternũ attingit/quæ passio animæ prudentia nuncupatur. Valde inquam recte & uere dicis o Socrates/tunc Socrates. Vtri ergo tibi uidetur cognatius atque similius est esse anima? Ei ne quod eodem modo se habet/an rei mutabili? Primo inquã omnino. Cum autem ad seruiendum corpus/ad principandum animam natura finxe-

Plato

Mente nihil in anima præstantius

Animus deo similis.

Prudentia.

Animi imperio / Corporis seruitio } magis utimur.

rit. Nõne hac ẽt rõne cum principari diuinium ſit/ſeruire aũt caducum atq; mortale manifeſtũ eſt deo aiam ſimilem eſſe? Oino ita eſt Cebes inqt. Si ergo ita eſt o amice Socrates intulit. Nõne ut corpori conuenit mori atq; diſſolui/ſic aiæ coueniet nunq̃ mori atq; diſſolui? Quod cũ Cebes conceſſiſſet. Si ergo inqt Socrates munda nihil a corpoꝛ ſecũ contrahens deceſſerit/quia uidelicet ſe ipſam quantũ poterat in corpore colligebat/ſemperq; corpore cõtempto de morte meditabat̃:quod nihil aliud eſt q̃ recte philoſophari. Meditatio.n.mortis philoſophia eſt ad ſimilẽ naturam inuiſibilem/diuinã/ imortalẽ/ prudenteq; profecto uera beatitudine fruit̃ ab oi errore/ſtultitia/terrore/aliiſq; hoium malis liberata. Sin uero imunda maculiſq; plena exierit quia corpus dilexit & coluit:ab eo & uoluptatibus eius adeo ablecta ut nihil aliud bonum putaret/q̃ quod corporeum eſt/quod uero itelligibile eſt oderit atq; fugerit ſincera in ſe ipſa nõ eſt. Hæc Plato quæ in primo ad Boethum latius exponit Porphyrius dicens firmam certãq; rõnem eã Plato putauit/quæ a ſimilitudine aliquoꝝ uim accipit. Nã ſi deo imortali ſimilis aia eſt/ qũo etiã ipſa ſicut exemplar ſuũ imortalis non erit? Cum.n.duo quædam aperte opponantur/quærit cui oppoſitoꝝ adhæreat aia qui optimus demonſtrationis modis in his reb9 inuenitur. Et q̃uis a prima ætate uſq; ad ſenectutem multa contra rationẽ faciamus peccantes/tñ qa uere rõnali deo in multis ſimilis aia eſt rationalis eſſe ab oibus creditur. Cũ igitur duo aperte opponi concedantur imortalis uidelicet atq; diuia natura & terreſtris atq; corruptibilis. Dubitat̃ aũt a nonnullis/cuius partis aia ſit/a ſimilitudine putauit Plato ueritatẽ eẽ quærendam. Et quoniã non ſenſibili & mortali corpori/ſed uiuo & imortali deo ſecundũ operationes ſimilis eſt hinc ſimilitudinem ẽt in ſubſtantia quadã habere/ac inde imortalẽ eſſe ratiocinatur. Nam ut quæ irrationalia ſunt ſtatim a diuina ſubſtantia cum ſint caduca & iſtabilia longe abeſſe uident̃ ſic certe conſequẽs eſt quæ operatione intelligẽdi conueniunt ea imortalitate quoq; ſubſtãtiæ conuenire. Quoniã enĩ ſubſtantia conueniũt/iccirco ẽt operatione conueniunt. Fluunt.n.a ſubſtantia operationes/ac quædã eius ſunt emanatiões. Nam ſi ſimillima deo aia eſt/quid opus eſt plurib9 uerbis ad demonſtrandã imortalitatẽ eius? Non.n.diuinis operationibus uteretur/ niſi etiã ipſa diuina eſſet. Nã & ſi cum in caduco mortaliq; corpore defoſſa ſit/cõtinet tamẽ & uiuificat illud diuinã ſuam oſtendens ſubſtantiã/nec pondus corporis eam oino deiicere poteſt/qũo ſi e corpoꝛe liberabitur aura ſua ſpecies non perfulget? Aut quomodo ipſa imortalis non erit/cuius præſentia corpus non morit̃. Et progreſſus aliquantulum diuina eſt aia inqt quoniã idiuiſibili ſimilis eſt/mortalis aũt uidetur/quia mortali corpori coniungitur/ita & mortalibus ſimilis eſt. Homo.n.etiã eſt qui uentri ſicut pecora deditus eſt/homo autẽ & in mari a periculis naues gubernãdo liberat:morbis affert remedia/ueritatẽ rerũ perſcrutatur diligenter atq; inuenit. Inſtrumenta uaria fabricatus eſt/qbus cæleſtium corpoꝝ motus compræhendere potuit:quæ diuinæ atq; imortalis certiſſima mentis argumenta ſunt q̃uis multi uoluptatis deliniti illecebres mortalẽ eã putauerunt ex his quæ uidentur extrinſecus ratiocinantes. Hæc Porphyrius. Horum igitur oium doctor Moyſes fuit/qui a ſimilitudine creatoris/quam aia poſſidet imortalitatẽ animæ confirmauit/Sed reliqua uideamus. In oibus enim hebræorum ſimilis Plato eſt:q̃uis in multis ut diximus errare ideo forſan uidetur/quoniã diuina ſcriptura nemini præter prophetas ante Saluatoris tempora patuit.

¶Quod productum eſſe mundũ ab hebræis Plato accæpit. Cap. XV.

m

Oyſe igitur uniuerſa a deo creata prædicante. In pricipio inquit creauit deus cælum & terram. Vide quemadmodum non excidit ab hac ſententia Plato. Omne inquit quod factum eſt neceſſario a cauſa factum eſt/fieri enim nihil

potest absq; causa. Vniuersum igitur aut cælum/aut mundus/aut quauis alia noteť ap- pellatione cõsiderandũ utrũ erat semper nullum generationis suæ habens principium/ an factum est & ab aliquo incœpit principio. Visibilis igiť & tãgibilis est cũ corpus sit. Cuncta uero hæc sensibilia sunt. Quæ uero sensibilia sunt opinioni subiacere & facta es se demonstrauimus. Quod porro factum est a causa factum eẽ necesse est. Causam igi tur & creatorem uniuersi/qui sit inuenire difficile est/& cum inueneris in uulgus edere impossibile. Et post pauca. Sic igitur rationem sequentes nefas est dicere animatũ hunc mundum/ac uere mentalem a dei prouidentia non esse factum.

¶ De Luminaribus. Cap. XVI.

Vrsus cum Moyses solem & lunã & cæteras stellas a deo ꝓductas ostendit. Et dixit deus inquit. Fiant luminaria in firmamẽto cæli/& sint in signa & in tẽ pora & fecit deus duo luminaria magna & posuit ea in firmamẽto cæli & stel las. Similiter Plato quoq; dicit a uerbo & mente diuina solem & lunam & alias quinq; stellas cognominatas erraticas ad generationẽ tẽporis facta esse. Quorum corpora de us fecit & posuit in circulis. Diligenter igitur considera quod dicit a uerbo: & mente di- uina. Illi enim uerbis quoq; ipsis consentaneum est quod psalmista dicit. Verbo domi- ni cæli firmati sunt/& spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Deinde cum Moyses in fir- mamento positas stellas dixerit eadem uoce Plato usus in circulis posuit inquit. Ad hæc per singula scripta dicit. Et uidit deus quia bonum/& summatim repetens & uidit deus omnia & ecce bona ualde. Plato autem si bonus est inqt iste mundus: & creator bon9. Et rursus hic optimus effectum/ille optima causarum.

¶ De Mutatione mundi. Cap. XVII.

Ræterea de cõsummatiõe & mutatione mũdi aperte & magna uoce scriptu- ra ꝑdicante/qa complicabitur cælũ sicut liber/& rursus erit cælũ nouũ & ter- ra noua. Audi quomodo Plato etiam hoc dogma comprobauit i Timæo di cens. Cõstituit cælũ uisibile atq; tangibile/& propter hæc/& ex istis & talib9/& ex quat tuor numero mundi corpus factum est proportione conueniens a cæteris omnibus in dissolubile præter q̃ ab eo q colligauit. Et post pauca. Tempus igitur cum cælo factum est/ut simul facta simul etiam dissoluanť: si quãdo solutio quædam ipsorum fiet. Et post pauca subiicit/quod ligatum est solubile est/q̃uis si bene aptũ beneq; ligatum soluere uult bonus non sit. Quare inqt deo attribuẽs uerba dii quoꝝ ego creator ac pater sum/ quoniam facti estis imortales qdem non eritis nec idissolubiles omnino. Non ergo dis- soluemini nec in mortem deducemini maiore uinculo colligati/& in libro de republica hoc inqt. Vniuersum aliquando qdem ipse deus conuoluit/aliquando aũt dimittit cum circulationes conuenientis mensuræ tempus habuerint. Nonnunquam autem casu i cõ traria circũducitur/cum animal sit/& prouidentiam ab eo q fecit in pricipio sumpserit. Cælum enim corporeum est/quare absq; imitatione penitus esse impossibile est. Circu/ lariter autem motum minimam sui motus habet imitationem/nihil autem potest se ip- sum semper uoluere præter corpus quod omnium quæ mouentur habet principatum: quod nullo modo potest modo sic modo aliter moueri/ex quibus omnibus non opor- tet hunc mundum a se ipso uolui semper concedere/nec a deo binas & contrarias uolu tiones accæpisse/nec quidem a duobus diis inter se discendentibus. Sed sicut modo di- ctum est aliquando quod a diuina causa ducitur uitam rursus consecutus/ immortalita temque a creatore super iniunctam. Aliquando autem cum dimissus fuerit per seipsum uolui tẽpore quo dimittitur: qm̃ cum maximus sit ac æqualissimi ponderis minimo ni- xu mouetur multa annorum milia uoluitur. Omnium igitur quæ mirabiliter accidunt

hæc uniuersi circulatio causa est/quæ aliquando sicuti nunc uoluitur/aliquando in contraria. Maximas igitur tunc mutationes fieri putandũ/ac multas corruptiones animalium/interitus hominum/& alia noua atq; inaudita.

¶Quod Resurrecturos mortuos etiam concedit non aliunde quam ab hebræis Plato discere potuit. Cap. XVIII.

p Rogressus deide aliquantulum mortuos reuicturos dicit quod nescio unde iam aliunde quam a iudaica scriptura itellexerit. Ferebat̃ inqt a priscis illis eos q in ultima circulatione moriuntur uicinos futuro tempori ĩ prima rursus resurgere/ac ab eiusmodi hoĩbus multa nobis nunciata esse/quæ nunc uulgo nõ recte falsa putantur. Consequens.n.est hos senes ad puerorum rursus naturã conuerti/& mortuos qui iacent in terra rursus tunc esse reuicturos generationem sequentes quæ in contraria reuoluitur: nisi quos deus in aliã conditionem traduxerit. Et progressus dicit tẽpore oĩum exacto: qm̃ mutationẽ fieri oportet cũ terrenum genus defecerit oĩ aĩa per generationẽ in corpus iussum deducta tunc uniuersi gubernator habenis gubernationis dimissis ad altitudinẽ suã abibit: mũdum autẽ rursus parcæ/& innata cupiditas euertet/ quod cũ fieri uiderint dii minores partes mundi suæ gubernationi cõmissas relinquent. Mundus aũt reuolutus atq; in cõtrariũ latus & magno terræmotu concussus iauditam oĩbus aĩantibus pestẽ incutiet. Et tpe aliquo exacto oĩ turbatiõe sedata solitũ cursum recipiet. Deus.n.ne oĩno dissoluatur gubernacula rursus capiet/& oĩ expulsa turbatione ĩmortalẽ ipsum & ĩsenescentẽ efficiet. Et post pauca dicã inqt tibi sermonẽ fortissimi uiri. Iris noĩe/genere Armenii/q olim in prœlio mortuus post decimũ diẽ fere iam corpore corrupto delatus a suis domũ cũ in rogũ poneret̃ decimo die postq̃ decidit reuixit/ multaq; ibi se uidisse narrauit/ac inter alia quod aĩa egressa e corpor̃ cũ multis in locum quærendã demũ deuenisset ubi terræ hiatus iter se connexi maximi erãt/& ex opposito duo ad cælũ itinera. Iudices aũt sedentes uidisse/a qbus q iusti fuisse iudicabant̃ in anteriore parte signis alligatis ad dexterã & sursum in cælũ ire uidebatur. Iniusti uero ad sinistrã/& deorsũ signis ad posteriorẽ partẽ eoꝝ alligatis/in qbus scripta erant eoꝝ facinora/quæ cũ uidisset accessisse atq; rogasse dicebat ut liceret ei hoĩbus hæc nunciare/quod cũ illis placuisset per oĩa illa loca diligentius ductũ fuisse. Hæc Plato. Plutarchus aũt in prĩo de aĩa hæc narrat. Enarchus inqt nup ægrotans tanq̃ iã mortuꝰ a medicis fuit relictus/& breui tpe in se ipsum postea reductus dicebat se mortuũ fuisse: & in corpus iterũ restitutũ/nec me ægrotatiõe moriturũ/repræhensosq; aiebat uehementer a dño suo eos spũs q aĩam eius duxerũt/ad Nicandã.n.missos/non ad illũ fuisse. Nicandas aũt coriarius erat/& in palæstris non ignobilis/q eo tpe/quo Enarchus reuixit in maxias incidit febres ac repente mortuus est/hic aũt uiuit superstesq; est fœlicissime nobiscum manens. Hæc ideo posui qa scriptura ẽt hebræoꝝ nõnullos reuixisse uerissime narrat.

¶De Cælesti terra secundum Platonem. Cap. XIX.

u Erum quoniã in repromissionibus scripturæ solis piis terram quandam reseruari fertur secundum illud. Mites autẽ hæreditabunt terram hæc uero cælestis est quam propheta ex præciosis lapidibus allegorice constar̃ significat dicens. Ecce præparo ego tibi carbonem lapideũ/& ponã pinacula tibi ex Iaspide/& fundamenta ex Zaphiro/& circuitũ tuum ex lapidibus electis. Considera quomodo ipse quoq; Plato similia in libro de aĩa ex persona. Socratis scribit. Glauci artificium inqt nõ posset exponere quæcũq; ibi sunt. Ego autẽ etiam si possẽ o Simia uita tamen mihi non sufficit. nihil tamen perhibet formam illius terræ ut mihi quod uidetur breuiter explicare satis hoc est Simias inqt. Credo igitur Socrates addidit quoniã est in medio cælo ro-

tundo.nihil sibi opus esse ne cadat/nec aere/nec ulla re alia.Deinde maximã rem quandam esse/nec huic similem/in qua tanq̃ in sterquilinio formicas/aut in palude ranas homines uideo habitare.Et post pauca ipsam uero terrã mundã in cælo mundo ubi stellæ sunt positã esse credo.Et progressus si natura inqt humana illa posset superiora perspicere cognosceret ibi esse uerꝫ cælũ/uerã lucem/& uerã terram hæc.n.terra/& isti lapides/ & oĩa quæ hic sunt corrupta exesaqꝫ sunt/queadmodũ ea quæ prope mare sunt a salsedine maris.Et post pauca.Dignã rem auditu dicere inqt si fabulam audire uelletis.Nos autem inqt Simias libenter audiemus.Dicitur ergo Socrates inqt talem illam terram esse siquis totam ab alto prospiceret qualis esset duodecim coloribus exornata sphæra: quorũ isti colores quibus scriptores abutuntur quasi fæces sunt.Ibi autem uniuersam illam terram a fulgentioribus & melioribus esse depictam/atqꝫ aliam partem eius cæruleam aliam auream/aliam albam multo albiorem niue: & ex aliis coloribus alias mirabili pulchritudine coloratas: & ultra quam oculus hominis perspexerit: In tanta igitur taliqꝫ terra proportionabiles arbores nascunť flores & fructus proportionabiliter gerentes mõtes quoqꝫ collesqꝫ sunt & lapides in simili proportione/quorum quasi particulæ isti lapides sunt.Sardius dico iaspis smaragdus/& similes/quibus multo meliores illi sunt.Nihil enim boni est quod ibi non sit.

Quod etiam de iudicio futuro hebræos Plato sequitur. Cap. XX.

Vm etiam scriptura iudicium postq̃ hinc aberim9aĩarum futurũ dictitet/& per alia multa/& p hoc non minus.Iudiciũ inqt sedit/fluuius ignis coram eo fluebat/mille milia mĩstrabant ei/& decies centena milia assistebant ei. Audi ẽt Platonem de iudicio dicentem.Et fluuii Noe utentem/multasqꝫ priorum mansiones/ & diuersa impioꝝ supplicia non aliter fere q̃ hebræorum scripturã narrantes.Scribit.n. in libro de aĩa sic.Tertius amnis in medio istorum exit & iuxta hostiũ in latissimum icidit locũ igni ardentem.ubi facit paludẽ mari multo maiorem aqua & limo ebulientem/ ac inde turbidus atqꝫ limosus terram circũ amplexus prope paludem Acherusiadem defluit/nec ipsi permixtus/sed crebris sub terram uorticibus circũuolutus ĩfra tartaꝝ exit. hic est amnis/quem pyriphlegethonta noĩant.Et opposito huius stygæus est quartus amnis/a quo paludem stygem noĩe fieri creditur.In hunc fluuium q incidit grauiter in aqua tortus fertur circũuolutus pyriphlegethonti oppositus/tandemqꝫ prope Acherusiadẽ paludẽ ex opposito uenit/nec etiã huius aqua cuipiã miscetur/sed circũlata in tartarum tandẽ exit in oppositũ pyriphlegethonti/hunc poetæ cocytum appellant/hæc cũ ita se habeant/cum defuncti ad eũ locũ deuenerint quo deportanť primũ diiudicãtur q nã iuste/& quinam contra uixerint/& si qui uidebunť medio quodãmodo uixisse in uehicula scandunt sua/& per acherunta in paludẽ deferũtur ubi graui supplicio depurgãtur/& postea liberati honores cõsequunť secundũ benefactorum suorum dignitatem. Qui autem uidebuntur propter magnitudinem peccatorum curari nõ posse in tartarum omnes deiecti nunq̃ inde possunt exire.Qui uero curabiles sũt q̃uis maxime peccarint utputa si cõtra patrem & matrem ex ira aliquid fecerint/& postea pœnitudinem habuerunt uel homicidio/uel alio quodam facinore contaminati hos in tartarum deuenire necesse est/& annuo totũ temporis spatio eiiciũtur ab unda/homicidæ quidẽ in cocytum/patris autẽ & matris uiolatores in pyri phlegethonta/cũque ad Archerusiadem fuerint paludem clamantes uocant/alii quos uituperarunt/alii quos occiderunt/ cunqꝫ uocarint rogant & supplicant ut in paludem suscipiantur.Et si exorauerint exeunt & liberantur a malis.Sin uero non exorauerint rursus in tartarũ feruntur/ac inde iterum in fluuios/nec prius cessant/q̃ exorauerint quos læserũt/hæc enim ultio a iudicibus impo-

nitur. Qui aũt sanctitate uiuendi excelluisse uidebunt/hi sũt q̃ ab ista terra quasi a uinculis liberantur/horũ qui se philosophia purgarunt sine labore in sempiternũ uiuũt/& habitatiões pulcherrimas cõsequuntur/quas nec uerbis exprimere possibile/nec si possem tẽpus sufficeret. Hoꝝ igitur gratia o Summa cũctis uiribus uirtutis curã oportet in hac uita gerere/optimũ.n.ꝓpositũ est/& spes maxima. Hæc Plato. Quod aũt dixit nõ esse possibile uerbis pulchritudinẽ illaꝝ habitationũ exprimere/nonne simile illi nostro est? Nõ uidit oculus/nec auris audiuit/nec in cor hois ascẽdit/quæ ꝑparauit deus amãtibus eũ. Habitatiões ãt multas dicit/& nos multas esse apud patrem mẽsiões didicimus pyriphlegethonta uero ignẽ æternũ esse quis dubitabit? Hebræoꝝ.n.ꝓpheta similiter clamat/qs nunciabit uobis qa ignis ardet? qs nũciabit uobis locũ æternum? Et rursus uermis eoꝝ nõ moriet/& ignis nõ extinguet. Plato quoq; in tartarũ deiectos ipios nõ exituros inde asseruit/& pios in beatis locis in sempiternũ uicturos affirmat/quid uero addit sine labore. Nonne illi simile est/unde abest dolor mœror & gemitus? Quod ãt dixit nõ simpliciter/sed cum in uehicula cõsenderint sua in acheronta amnẽ depelli/quænam alia uehicula denotare pt q̃ corpora/quibus assumptis una cum eis secundum hebræorum scripturas uitæ retributio fit.

¶ Eusebii Pamphilii liber duodecimus.

Erum quoniã hoc uolumen satis iam creauit ad duodecimũ librũ trãsgressi quæ restant ad ostendẽdã Platonicã philosophiã ab hebræis defluxisse cõscribemus/ut multi uideãt nõ nobis solũ/uerũ etiã Platoni iampridẽ scripturã hebræorũ.

¶ Quod q̃rere legibus nõ querere rõnem iuuenes debẽt. Capitulum Primum.

Enset igitur sine dubitatione aliqua leges sequendas esse hoc modo scribens in primo de legibus. Si quis recte laconũ aut cretensium leges repræhẽdere possit aliqua questio est. Ego aũt iudicio optimam esse legẽ/quæ iubet ne quis iuuenẽ cogitari. Senex autẽ si quis dubitauerit principibus aut æqualibus referat noie iuuenũ audiente. Nonne igitur multo ante Platonem diuinæ litteræ fidem cæteris proposuere uirtutib9 Vnde apud nos quoq; incipientibus ac imperfectionibus quasi secundũ aium infantibus simplicius scripturæ leguntur. Credendum.n.omnibus est omnia quæ in ea feruntur sicuti dei uerba uerissima esse. Illis aũt qui ad maiorẽ iam habitũ scripturam puenerũt altiora petere/ac rationem singulorum querere conceditur/hos iudæi quasi scripturaꝝ expositores secundarios appellare solebãt poetã/deinde Plato ait Theognim ex megara Siciliæ testẽ habemus/qui ait fidelem uirum omni argẽto atq; auro in seditiõe meliorem. Nemo.n.integer atq; fidelis sine omni uirtutis numero in seditionibus esse potest. Quorsum hæc? quia legis latorẽ qui a Ioue missus est ita leges cõscribere oportere censemus ut ad maximam semper uirtutũ respiciat/quã theognim secuti fidem quæ maxime in periculis lucet esse arbitramur/eã nõ iniuria perfectam iustitiam noiare possumus. Ita Plato nõ irrationalem fidẽ sed eã quæ uirtuti coniuncta est cõprobare uidetur / quod Saluator noster breuius apertius ac diuini9 posuit. Euge inquit serue bone atq; fidelis: Et rursus quis ergo erit fidelis & prudens paterfamilias/prudentiã.n.& magnanimitatẽ fidei cõiunxit. Præterea Plato aliquantulũ progressus. Certe inquit defunctorũ animæ uirtutẽ quandã habent/qua uel post mortẽ rebus humanis auxiliant. Vera.n.hæc opinio est/

sed nisi prolixis rationibus probari nõ potest. Credere aũt oportet huiusmodi sermonibus/qñ a priscis ualde uiris traditi sunt. Credendũ ergo est etiã illis qui ita hæc se habere legibus cõfirmãt. Sic certe de Hieremia traditũ fuisse iudæi cõtendũt. Et machabæorum liber retulit uisum ipsum fuisse post mortẽ orare pro populo.

Quod commode per fabulas adolescentibus maiora tradenda sunt. Cap. II.

Primum deinde inquit pueris fabulas tradim9. Fabula uero est ut breuiter dixerim falsum quiddam q̃uis & uerũ esse possit. Fabulis aũt prius q̃ gymnasiis pueri exercẽdi sunt. Hæc Plato Iudei aũt re ipsa scripturæ historiã simpliciter quasi fabulas adolescentulis tradere solent. Cũq; non magis ætate q̃ habitu scripturarũ creuerint altiora & latentia dogmata per secundarios docent. Maximũ deinde ait Plato in omni opere principium est p̃sertim in iuuene atq; tenero. Tunc enim præcipue animus formatur/& quicquid dixeris facilius ingressum insidet. Quare non quascũq; fabulas/sed probatas ac utiles a matribus atq; nutricibus tenellis puellis infundãtur/ quasi iam adultos prouectosq; retinere nõ erit in utile. Hæc multo ãte Platonem iudæi obseruabant. Qui enim sancti spiritus gratia discernere de spiritibus poterãt dicta & scripta diligenter examinabant/ & quæ aliena uidebant a ueritate sicut pseudo prophetarũ libri reprobant/scriptura quoq; ut diximus historiarũ parẽtes & nutrices tenellis pueris infundere solebant ut eis facilius cum uiri essent uterentur.

Quod sincera fide Plato scripturæ inhæsisse uideatur. Cap. III.

Plato autẽ in Gorgia audi sermonẽ inquit quem tu fabulosum dices/ego uero uerissimũ arbitror. Et post pauca/qui iuste sancteq; uixit eum postq̃ mortu9 fuit in beatorũ insulas profectũ absq; ullo incõmodo sũma in beatitudine uiuere. Qui uero iniuste atq; ipie/eũ in atrocissima proficisci supplicia/quæ tartarũ appellant. Et post pauca. Nudi aũt mortui iudicant/& iudex ipse nudus est/quia defunctus/& animo animũ perspicit ab omnibus derelictũ cognatis ac cæteris/quæ hic habebat/ut iustũ iudicium sit. Et subiicit. Hæc sũt o callicles quæ ipse audiui/& uera esse apprime credo. Ex his ãt sermonibus tale q̃d ipse mecũ ratiocinari soleo nihil aliud mors mihi uidetur q̃ corporis atq; animæ dissolutio quæ postq̃ disiuncta fuerint retinet utrũq; habitũ suum/quem hoie uiuo habuerat. Nam corpus si magnũ erat uiuo hoie & mortuo quoq; magnũ/& si pingue pingue quoq; postq̃ anima decesserit aliquo tẽpore manet/& si cicatrices uulnerũ habeat uiuens/aut ossa quædam fracta uel membra trunca eodem modo profecto se habet post mortem antea q̃ omnino corrumpatur. Similiter & in anima postq̃ denudata corpore fuerit/habitus omnes in quibus exercuit passiões & studia inesse perspiciuntur. Cum igitur ad inuicem anima peruenerit ueluti ad Rhadamanthum asiaticum/confestim iudex etiam si regis magni anima esset in ea perspicit uulnera & cicatrices iniuriarum quas singulæ operationes animæ impresserunt. Videt tortuosa oĩa falsitate atq; superbia/cognoscit nihil ibi esse rectũ propter licentiam/delicias/contumelias/incõtinentiamq; in uiuendo cernit omni turpitudine aĩam esse repletam. Quare recte ad carcerem tartari imittit/ubi suppliciis torquetur/ut aut ipsi purgati meliores fiant/aut exemplo suo alii moniti formidine cruciatus a peccando deterreantur. Purgant ãt quicũq; curabiliter peccarũt dolorib9 & hic uiui/& apud inferos mortui. Nõ.n. aliter possibile est impressas uitiorũ detergi maculas. Qui uero maxime iniuriati sunt ac incurabiliter peccarũt/nulla his unq̃ utilitas accidere potest quia incurabiles sunt sed alii exẽplo suo iuuantur/ex quibus ego archelaũ fore & similes ei tyrannos nõ dubito. Reges.n. p̃pter peccandi licentiã oẽs pene scelestissimi sunt. Testis est Homerus qui reges atq; tyrannos apud inferos in sempiternum cruciari asserit: Tantalũ

Sisyphum: Tityum / Thersiten / aliosq̃ consimiles / priuatos aũt homines nullus unquã scripsit perpetuis tanq̃ icurabiles apud iferos cruciatibus detieri. Quare fœliciores certe sunt priuati principibus / nec tamen prohibet aliquẽ bonũ uirũ principem esse / sed cũ arduũ atq̃ difficile sit in magnã peccandi licentia se ipsum contiere magna laude dignũ est o callicules / pauci tamen inueniuntur. Vnus uero de his q potentiam habuerũt Aristides lysimachi uirtute præclarus fuit / ut ergo diximꝰ atrocissimas uitiorũ ferentes in aĩa cicatrices a iudice in pœnas mittũtur. Quã aũt ab omni cicatrice peccatorum detersam uidebit animam / nec quæ sit / nec unde fuerit quærens admiratus ad beatorũ isulas misit. Hæc eadem etiam Aeacus baculum habens sicut & Rhadamanthus iudicat. Minos autem aureũ sceptrũ tenens solus sedet utriusq̃ iudicium considerans. Ego igitur o calliculles has rõnes uerissimas esse credens nihil aliud considero / q̃ quomodo mundissimo animo adinuicem accedã / ac ideo neglectis humanis honoribus conabor recte uiuẽdo q̃ optimus fieri. Obsecro aũt cæteros omnes / & te ipsum ad hũc calcem uirtutis curriculo tendere. Turpissimum enim est tibi ipsi i illo iudicio nullo modo prodesse poteris. Hæc forsan fabulose tibi quasi ab anu quadam dici uidentur ac ideo spernis. Non esset autem mirum hæc a te sperni si diligenter quærentes meliora ueriorãq̃ istis inuenire possemꝰ. Nunc uero cum scitis tres græcorum omnium sapientissimi tu / & Polus / & Gorgias nõ poteritis tamen uere dicere ꝙ oporteat alia quadã nos uita q̃ ista uiuere / quæ illic etiam plurimũ conducit. Oĩa. n. alia facile redarguunť. Hic uero sermo firmꝰ atq̃ stabilis semper manet. Quare cauere magis debes ne lædas / q̃ ut lædaris. Omnes. n. studere debent non ut boni uideantur / sed ut & publice & priuatim boni sint: Plato igitur Aeacum: Minoem: Rhadamanthum defunctorum iudices constituit. Diuia uero scriptura ipsi deo iudicium attribuit / qui singulis secũdum opera sua redditurus meritum est.

¶Quod non in omnes efferenda sunt ueritatis dogmata. Cap. IIII.

Aueas Plato inqt ne rudibus hæc hominibus committas. Hi. n. nihil magis
c quam has utilissimas narrationes derident / queadmodũ econtra ingeniosi ac sapientes nihil magis admirantur. Quare cũ eis sæpiꝰ hæc naranť crebro audiendo uix tandem ut aurum multo labore purgantur. Sic & diuina scriptura res mysticas ad multos efferendas ꝓhibet / apud quam primus Moyses scribitur recusasse ꝑfecturũ. Alium enim iquit supplicio domine qui hoc onus ferre possit mittere uelis. Saul etiam occultasse se dicitur ne regnum susciperet. Hieremias quoq̃ recusasse ferť / & Plato similiter consulit dicens. Propterea o Thrasymache ut modo dicebam nemo spõte ad gubernandam rempublicam accurret.

¶De Viro iusto secundum Platonem. Cap. V.

D hæc cum hebræorum prophetæ contumelias omnes atq̃ pericula subeũda
a propter uirtutem & ueritatem conclament consentanea Plato in secũdo / de republica scripsit. Nõ ut uideatur inquit iustus generosus uir qui iustitiam colit / sed ut sit. Si enim quia iustus uideatur honores quispiam nanciscitur incertũ sit utrũ ꝓpter uirtutem an propter honores iustitiam sequitur. Sed figuramus ut cum neminem unq̃ læserit iniustus uideať. Si ergo sic affectus nullo ꝑiculo / nullo cruciatu a uirtute remoueť / tũc uere iustus atq̃ generosus est. Hæc Plato uerbis quæ re ipsa iusti uiri apud iudæos cõprobarunt / qui tanq̃ iniqui / alii lapidibus / alii gladio / alii alio modo necati sũt. Caprarum atq̃ ouium pellibus induti rebus pene omnibus egentes in desertis errantes in montibus & speluncis & terræ cauernis. Apostoli etiam saluatoris nostri maxima pietate & iustitia uiuentes malefici multis uidebantur. Quare spectaculum facti sunt nundo & angelis & hominibus esurientes sitientes nuditate ac uerberibus laborãtes / ut ait

apostolus. Sed iniuriã ut ipse addit passi benedicebant: persecutiones magno ferebant aio: turpi affecti fama afficientes ad uirtutem exhortabant/& quasi quisquiliæ orbis reputati gaudebant/& usq; ad hæc tpa generosi martyres ubiq; terrarum non ut uideantur/sed ut sint pii atq; iusti multo plura maioraq;/quam Plato uerbis expressit re ipsa patiuntur/uincti uerberibus/afflicti tormentis/atq; eculeis cruciati. Et demũ post multos diuersosq; dolores crudelissimo genere aliquo mortis consumpti. Q uibus similẽ apud gentiles aliquem nunq̃ inuenies/ut non iniuria de iudæis nostrisq; præclaris uiris/q pietate ac uera iustitia pfulserunt Plato illa perscripsisse uideatur.

¶ Q uod etiam de serpentis fraude Moysem Plato sequitur. Cap. VI.

Vm Moyses ineffabili quadã ratiõe in pricipio creationis mundi paradisum
c quendã a deo plantarum dixerit hoiemq; ibi a serpente per mulierẽ decæptũ narrauerit/aperte Plato commutatis noib9 in symposio allegorice similia posuit. Pro paradiso.n. dei hortos iouis appellauit/pro serpente decæptioneq; ipsius paupertatẽ isidiantẽ posuit. Pro uiro autẽ primo/quem dei consiliũ atq; puidentia quasi nuperrime natum filiũ produxit consilii filium. Porum noie posuit. Cunq; Moyses in ipsa constitutiõe mũdi factũ hoc dixerit/cum Venus facta esset id accidisse. Plato narrauit uenerem allegorice propter pulchritudinẽ mundũ appellans. Sed uerba eius hæc sũt. Cum inquit facta esset Venus & alii dii & consilii filius Porus i conuiuiũ conuenerũt/& post cœnam iopia tanq̃ mendica ad ianuam domus ubi conuiuebant. accessit. Porus aũt nectare supatus (nondum.n. uini usus iuentus erat) in hortos Iouis ingressus grauiter dormiebat. Inopia uero propter idigentiam ad isidiandũ parata ut ab eo liberos susciperet. apud eũ accubuit & hoc dolo cupidinẽ a Poro cõcœpit/his Plato allegorice illa mosayca uoluit significare.

¶ Q ũo Plato quasi ioco ex uiro sumptam mulierem scripsit. Cap. VII.

Ræterea Moyse dicente Adæ aũt non iueniebatur coadiutor similis eius. Im-
P misit ergo deus soporẽ in Adam. Cũq; obdormisset tulit unam de costis eius/ & repleuit carnẽ pro ea/& ædificauit deus costã quam tulerat ad Adã in mulierẽ. Cũ non itellexerit Plato quo sensu id dictũ est/qa tñ mosayca oĩa fuerat admiratus uoluit oĩno præterire. Itaq; Aristophani comœdo/q ẽt reb9 hõestis illudere solebat orationem in Symposio attribuit dicens/oportet primũ uos naturã humanã & passiones ipsius pdiscere. Prisca.n. nostra natura alia erat q̃ nũc est. Non.n. duo gña hoium ut modo/sed tria fuerũt. Ad masculũ.n. atq; fœminã tertiũ ẽt aderat utrisq; cõe/cui9 rei nomen solũmodo relictum est. Res uero penitus periit. Nã Androgynũ tunc re ipa & nomine ex utrisq; mare.s. atq; femina constabat. Istis cum aliquantulum ut Aristophães solebat illuserit subiũgit dicens. Hæc Iupiter dixit/& incidebat homines medios/& Apollini iussit partes incisorum ita coniungere/ut facies ad cæsuram uerteretur.

¶ De prima hominum uita. Cap. VIII.

Vm Moyses primam hoium uitam in paradiso dei nulla re idigentem quasi
c diuinã asserat/oiaq; sponte a terra producta nudosq; fuisse confirmet: Audi queadmodũ ea ipsa plato græce conscripsit. De9 inqt pascebat eos sicuti nũc homines nonnulla animalium genera nulla tũc erat respublica/nec liberorum procreatio. A terra enim homines emergebant/& hæc omnia/quæ modo sunt habẽtes magna optimorum copia fructuum facillime atque optime uiuebant/quos non culta/sed sponte terra edebat/nudi sine aliqua erant molestia/ uicissitudines enim temporum summa temperie connectabantur.

¶ Q uod etiam collocutionem serpentis & Aeuæ secutus est. Cap. IX.

[Handwritten marginalia: Paradis(us). — Porus / Pena. — Amor Pori F. & Penie. — Nectar ant. uinum — Mulier ex uiro nata — Androgynus qui. — Saturni secula aurea / Aurei seculi uita.]

Rudentiorem oībus bestiis terræ serpentem fuisse/& sermonē eius uicissim cum muliere habitum Moyses scribit/quam rem quō Plato narrauit non est alienū audire. Qui saturni tpibus erant inquit tanta uirtute pollebant/ut non cum hoībus solum/uerū etiā bestiis oratione uti possent. Sed non ad philosophiam & inter se & cum bestiis hac uirtute utebantur diligenter scrutātes de singulorum natura ad accumulationem prudentiæ. Sed cibo atq potui tanq eluones continue inhærentes fabulas secum & cum bestiis tales conferebant quales modo de ipsis narrantur.

¶ Quod ordinem etiam scribendi secutus est. Cap. X.

Oyses in scribēdis legib9 antiqtate magna p exordio usus uitas hoium & diluuiū narrat & uirtutes atq delicta nobilissimor uiror/q post diluuiū fuerāt diligenter exponit. Nā putilem hanc historiā legib9 futurā iudicauit/hūc scribendi modū in legib9 Plato imitatus est/his primordiis.n.legū antiqtate utit/& diluuii mentione facta uitam ēt quæ post diluuiū fuerat explicar non renuit. An inqt igitur prisci sermones ueri nobis uident q nā multis pestib9 atq diluuiis hoies ita periisse ut paucissimi relicti sint. Valde inq hoc uerisimile cūctis uidet. Intelligendū est igitur eos/ qui nunc effugerunt montanos quosdā fuisse in cacuminibus altissimor montium habitātes/a qbus postea hoies multiplicati sunt. Quare necesse fuerat artium disciplinæq ciuilis imperitos fuisse ac ab oi ambitione habēdiq cupiditate cæterisq uitiis/quæ in ciuitatibus maxie sunt liberos/his talibusq latius narratis uitas hoium q post diluuium fuerūt exposuit. Deide ad græcor antiqtatem descēdit/ut ad hebræorum Moyses. Eorum igitur meminit/qui præclara facinora in troia fecerūt disciplinam lacedemoniorū ciuilē non prætermittit. Persarum quoq uitas tam eorum qui recte q̄ eorum q perperam uixerant nobilissimorū tetigit: Et post historiam huiusmodi legum positionem aggressus est/adeo etiam in his Moysi doctrinam admiratus est.

¶ Quod a pietate in deum leges exorsus est ut Moyses. Cap. XI.

Vm Moyses uniuersas leges suas disciplināq uiuēdi a pietate in deū depēdere uoluerit/ac ideo a creatore oium initium libror suorū fecerit/& res humanas a diuinis depēdere docuerit ipsasq diuias ad deū creatorē oium rettulerit operæpretium est considerare quomodo Plato eū diligentissime sequens cretēsium ac lacedæmoniorum leges recusat. Mosaycam uero legem apte probat sic in prio de legib9 dicens. Cretensium leges oibus græcis non maxie conferunt. Ita.n.recte positæ sunt ut utentes eis cum oia bona ide consequantur fœlices sint. Dupliciter aūt bona dicuntur/ alia.n.humana sunt/alia diuia/dependent aūt a diuinis humana. Diuinis igitur quæ maiora sunt suscæptis miora ēt possidentur. Illis aūt spretis utrisq ciuitas priuatur. Minorū uero primū est sanitas deide pulchritudo/tertio uires ad cursum/& ad alios corpis motus/quarto diuitiæ quæ non cæcæ sunt ut uulgo dr si prudentiā sequūtur/quæ qdē prudentia diuinar rer pria est/deinde rōne habita moderatio ex his duobus fortitudie adhibita iustitia tertio emergit/quarta & fortitudo/quæ omnia natura rebus humanis anteponuntur. Quare oportet ut legislator hunc ordinem sequatur/deinde mandandum ciuibus ut ad hæc respicientes operentur. Humana eni ad diuina. Diuina uero ad principem itellectū referēda sūt. Et post pauca. Oibus istis legislator custodes præficiet eos qui prudentia & uera laude gaudent/ut intellectus hæc oia moderationi atque iustitiæ coniuncta/nō autem diuitias aut ambitionē sequatur. Quæ omnia in legib9 Iouis & Apollinis pythii/quas Minos & lycurgus cōposuerūt inesse uidebitis. Patent eni his q artificio & exercitatiōe legū peritiā hn̄t. Cæteris uero nullo pacto Moyses quoq multo prius a diuina doctrina facto principio/& uiuēdi discipla ad illā relata oib9 pricipes

atq; custodes dei sacerdotes pfecit. uiros. s. iustos prudentiæ ac uere laudis amatores.

¶ Quod a pueritia in legalibus pueri exercendi ludo sunt. Cap. XII.

c Onsulo igitur ut ab ineūte pueritia inquit ludendo atq; studendo rebus tamē semper cōgruenter has res pueri percipiāt. Hoc. n. modo in bonos uiros eua dent. Si. n. agricolam quēdā aut ædificatorē probū fore desideramus eum in tenera ætate ludentē pueriles quasdā domos ædificare uidebimus aut instrumēta quædam agriculturæ fabricare/quæ q̄uis inutilia sint/ad imitationē tamē utiliū uerorūque instrumentoꝝ nō parū cōferunt. In omnibus. n. etiā ludēdo conari debemus ut puerorum studia & cupiditates eo uertamus/quo ipsos peruenire desideram9. Caput autem doctrinæ infantiū alimentū est quod ludentiū animū ad expetendū illud adducet/ quo in uirili ætate ipsos uti decreuimus/multo breuius hoc Moyses atque dilucidi9. Et erūt uerba hæc inquit/quæ ipse tibi hodie præcipio in corde tuo & in aīa tua / & propones ea filiis tuis quod ex prisca consuetudine ad hodiernū usq; diē diligēter iudæi cōseruāt. In secundo autem legum disciplinam inquit appello uirtutem/quæ puerorum animos continere potest. Voluptas enim & dolor/amor/& odiū q̄ recte fieri pōt anteq̄ ratiōe moueantur in animos eorum fluunt/ut facilius cum ad ratiocinādum peruenerint cōuenienter rationi omnia peragant/quorum cōuenientia uirtus perfecta est. Assuescant ergo a pueritia dolore ac uoluptate recte moueri ut a principio usq; ad extremum uitæ oderint quæ odisse oportet/& amēt quæ amāda sunt. Sed multo ante Dauid quæ odio insequenda/& quæ amanda sunt iuuenibus/& prouectis similiter declarauit dicēs. Venite filii audite me/timorem domini docebo uos. Quis est homo qui uult uitā/ diligit dies uidere bonos. Prohibe linguam tuam a malo/& labia tua ne loquantur dolum. Diuerte a malo & fac bonum/inquire pacem & sequere eam. Et Salomon audite filii inqt disciplinam patris/legem meam nolite obliuisci: & rursus uiam impiorum non ingrediaris. Innumerabilia huiusmodi facile in scriptura inuenies/quibus adolescentes atque prouecti simul ad pietatem exhortantur.

¶ Quod diuinarum rerum imagines hæc inferiora Plato putabat. Cap. XIII.

d Iuinis oraculis Moysi dictum est/facies oīa secūdū figurā quæ tibi monstrata in monte est. Id apostolus latius exposuit dicens. Vmbrā exemplūq; cælestiū legalem cultū fuisse. Apertissime nāq; mosayca uniuersa tanq̄ umbræ ac symbola cælestiū sunt. Nunc uero audi quēadmodū Plato in sexto de republica hūc locū imitatus est. Deo inqt & mūdo uerus philosophus loquens mundus atq; diuin9 q̄ntū potest efficiet. Si ergo necesse fuerit quæ ibi uidet in morib9 hoīum & priuatim & publice ponere/ut non modo seipsum uerū etiam alios per illa confirmet/putasne modestiæ/iustitiæ/& oīno uniuersæ uirtutis iprobū magistrū futuꝝ? Minie inq̄. Sed multi uidelicet parum nobis credunt dicentib9 non aliter posse fœlicem ciuitatē fieri nisi pictores illi eā depingant/q diuio exemplari ad pinguendū utunť/imo credent inqt. Sed quid est modus picturæ? Quasi tabula in quam ciuitas & mores hoīum primū quod oīum difficillimū est mūdi puriq; faciūdi sunt/non. n. prius scribendæ sunt leges q̄ mūdam feceris ciuitatem. Deinde formula disciplinæ scribenda depingendaq; est.

¶ Quod adolescentes cantibus ad uirtutem præparandiq; sunt. Cap. XIIII.

o Das etiā canendas putat sic dicens. Ter iam & quater dictū est disciplinā esse puerorū educationem: quæ ad rectā legalemq; uitā pducat. Vt igiť pueri aīus legem ita sequatur ut una cū ea gaudeat atq; doleat odas perdiscant/crebroq; canticent/q̄bus laudes atq; uituperationes earū rerum contineanť/quas lex laudat/aut uituperat. Quoniā. n. teneriores anni rōnem uirtutis non suscipiunt/ludo atq;

cantu pparantur: Iure igitur apud nos prophetarum odæ a pueris addiscuntur.

¶Quod poetæ recte dicere cogendi sunt. Cap. XV.

p Oetæ inqt Plato cogendi sunt carmibus dicer̃ bonũ qdem modestũ iustũq; uiꝝ fœlicẽ esse atq; beatũ/siue magnus/siue paruus sit/& siue diues/siue pauper. Si uero iniustus esset ẽt si ditior esset q̃ Cyniras aut Midas miserrimũ oĩum esse. Dicant igit̃ poetæ neminẽ esse uiꝝ appellandum/q non oĩa quæ uulgo bõa dicunt̃ iuste acqrat atq; disponat/quis hæc bona non recte bona dñr. Sanitas.n. primo/deinde forma/tertio uires/quarto diuitiæ numerant̃. Innumerabilia hmõi cætera sunt. Nã & acute cernere atq; audire/aliisq; sensibus integre uti bona uidẽtur. Et ad hæc oĩa posse facere quæ cupias/& demũ imortalitas cũ ipsoꝝ oĩum possessione. Ego aũt assero iustis sanctisq; uiris hæc optima esse/iniustis aũt pessima. Sanum.n. esse acute cernere/& oĩno facile sentire/ac imortaliter uiuere absq; uirtute pessima sũt. Talia ergo Rhythimo ac numero a poetis cõposita adolescentes pdiscant. Ego enim dicere non dubito ea quæ mala uulgo dñr iniustis bona esse/iustis mala. Quæ uero bona uident̃ bona uere bonis sunt/malis aũt mala. Hæc multo ante odis Dauid sancti spũs grã cõmonitus conscripsit docuitq; qs uere beatus est/& qs beato contrarius. Psalterium.n. suum incipiens inquit. Beatus uir qui non abiit in consilio impioꝝ & cætera. Vnde Plato admonit9 poetis dicendũ esse ait bonos uiros beatos esse. Diuites aũt si mali sint miseros esse quod ipe dauid sic in psalmis edidit. Diuitiæ si fluũt nolite cor appõere. Cætera quoq; oĩa quæ hic philosophus dicit ad uerbũ fere in sacro psalmoꝝ uolumine scripta inuenies.

¶Quod Hymni cani non debent nisi prius examinentur. Cap. XVI.

a Ddit deĩde Plato dei aut uiri diuini opus esse recte rhythimo atq; carminib9 uti quare diligenter hac de re leges ponendas esse censet/qbus ad uirtutẽ uniuersa musica respicere cogatur. Hoc ille uerbis/re aũt ipsa iudæi cogebantur non alios hymnos & odas suscipere q̃ eas quæ a spũ sancto p prophetas essent cõpositæ. Concedo deinde Plato quod uulgo dr̃ uoluptate musicã diiudicari. Sed illã esse optimã musicã q̃ optĩos & doctos uiros delectat ac maxime illũ q uirtute cæteris præstet. Virtute igitur opus est iudicibus & p̃sertim fortitudine atq; prudentia. Neq; enĩ theatri plausu aut pp ignorantiam aut ppter formidinem duci debent. Apud iudæos ẽt priscis tpibus diuinorum cantuũ iudiciũ non multitudini tradebatur. Sed erãt aliqui q̃uis paucissimi diuino spũ hæc iudicãtes qb9 solũ mõ licebat pphetaꝝ libros consecrare ut ita dicã ac cõprobare/ea uero quæ aliena a spũ sancto uiderentur improbare atq; reiicere.

¶Quod non semper uino utendum est. Cap. XVII.

c Arthaginensium inquit legẽ magis q̃ lacedæmoniorũ atq; cretensium laudo ut nunq̃ in castris qsq; uinũ gustare gaudeat/sed toto militiæ tempore aquæ usũ cõprobari. In ciuitate aũt seruis nunq̃ uini usus concedendus est/nec magistratus tẽpore quo rempublicã gubernant uino utantur/nec gubernatores/nec iudices/nec qui deliberaturus in consilium uocatus est/nec ullo modo in die nisi ualitudinis gratia/nec nocte eos tam uiros q̃ fœminas/q liberis dare operam statuerũt/leuiores.n. homines uini usu fiunt & animæ calefactæ tanq̃ ferrum ignitũ molliores reddunt̃. Hæc multo ante Moyses constituit. Sacerdotes.n. iubet sacrificandi tempore a uino abstinere. Locut9 est.n. inqt dñs ad Aaron dicens: Vinũ & siceram non bibetis tu & filii tui tecũ/qñ in testimonii tabernaculũ ingredimini/aut quãdo ad altare acceditis ne moriamini & lege hoc in æternũ in generationes uestras firmatum sit/uotum etiam uouentibus similiter præcipit dicens. Vir aut mulier qui uotum facit a uino & sincera mundus erit/& acetum uini & acetum siceræ non bibet. Salomon quoq; magistratus & iudices a ui-

no abſtinere iubet. Conſilio inqt omnia facias conſilio uinum bibe/potentes q̃ iracundi ſunt uinum non bibant/ne ſi biberint ſapientiæ atq; laboris obliuiſcant̄. Nec ignorabat Plato ſcripta hæc apud barbaros fuiſſe quo occultius his uerbis denotauit. Siqdem iqt hubitant utrum huiuſcemodi diſciplia ciuilis fuit/aut ēt nunc eſt apud aliquos barbaros procul ab oculis noſtris/aut futura unquã ſit parati ſumus rationem oſtendere factam iam fuiſſe & eſſe in præſentia/futuramq; eſſe quando eadem muſa in aliqua ciuitate præualebit nec nos impoſſibilia dicere.

¶Quod nobiſcum nobis gerendum eſt bellum. Cap. XVIII.

r Ecte inqt a nobis dictũ eſt omnes hoĩes ſibi ipſis pugnare neminemq; eſſe q ſibi ipſi hoſtis non ſit. Quare præcipua optiaq; uictoria eſſe ſeipſum uincere ſicut econtra turpiſſimũ atq; peſſimũ a ſeipſo uici. Et poſt pauca un9 eſt unuſquiſq; noſtrũ/ſed duos ſecum contrarios ac amentes habet conſiliarios uoluptatẽ atq; dolorem qbus opiones futuroꝝ accedũt/quas cõiter ſpei noĩe appellamus/ꝓprie aũt quæ ante dolorẽ ſpes eſt tior/quæ uero añ uoluptatẽ cõfidẽtia noĩat̄. Ad hæc oĩa rõ accedit melior aut peior: qua cũ qd publice cõſtitutũ ſit lex nũcupat̄. Deĩde hæ paſſiões inqt in nobis quaſi nerui aut funes huc & illuc ad cõtrarias opationes attrahũt. Rõ uero uni ſp rõni oportere cõſtanter ĩhærere pſuadet/quæ qdẽ rõ aureo quodam fune atq; cõi lege uidelicet ciuitatis initi ſolet. Aliæ autẽ duræ aſperæq; tanq̃ ferreæ ſunt. Hæc ubiq; ferme diuinæ lr̃æ prædicant appetitũ rõni pugnare docentes rõnemq; optimã eſſe quæ dei lege dr̄ uictoriamq; laudatiſſimam cum huic rationi appetitus ſubiicitur.

¶Quod peccatorum anima eſt cauſa. Cap. XIX.

u Ndecimo ãt legum neceſſe eſt inqt tam uirtutẽ quam uitiorũ cãm eſſe aiam quod moſayco illi conſentaneum eſt/ſi aia peccarit/& ſi aia delictum fecerit.

¶De uero Philoſopho. Cap. XX.

c Vm in hebraica ſcriptura de ſtudioſo ueroq; philoſopho dicat/bonũ eſt uiro ſi tollat iugum in iuuentute ſua/ſedebitq; ſolus ac tacebit/cũq; diuini prophetæ ac ſublimi philoſophia in montibus atq; ſpeluncis degerint ad ſolum deũ mentẽ erigentes. Audias quẽadmodũ ẽt Plato hunc uiuẽdi modũ comprobauit dicens. Qui pcipui in philoſophia ſunt ab adoleſcẽtia ẽt ipſam uiã quæ in forum abducit ignorant/nec ubi curia aut cõis alius cõueniendi locus ſit ſciũt. Leges aũt & decreta nec ſcripta uiderũt nec audierunt ſodalitia & magiſtratus/cœtus & cœnas nec ſomnio qdẽ uiderunt: Si bene aũt aliqd aut male a uiris uel mulieribus in ciuitate factum eſt non minus eum fugit q̃ maris harena/quæ oĩa ita neſcit/ut nec neſcire ſe qdem ſciat. Nõ enim hæc fugit ut melior uideat̄/ſed ut ſit. Quare ſi ẽt corpore in ciuitate ſit/mens tñ oĩa hæc contemnẽs ſuper terrã uolauit/ut eſt apud Pyndaꝝ quomodo id dicis o Socrates inqt cum Threſſa quædã Thalem cæleſtia reſpicientem qa cogitatione occupatus in puteũ deciderat repræhendiſſe dicatur ꝙ dum cæleſtia quæreret quæ ante pedes ſunt nõ uideret. Hoc inqt ſcõma in oẽs philoſophos dici poteſt. Vere nãq; qui recte philoſophatur non ſolum ignorat quid uicinus faciat/ſed pene ſi homo eſt aut pecus/non aiaduertit. Quid ſit homo & quid pcipue hoĩem facere conueniat id uero diligentiſſime quærit/quare o cariſſime Theodore ſi quãdo hmõi philoſophus ĩ iudicio uel alio loco publico loq de rebus iſtis hoĩum cogitur riſum oĩbus præbet/& in difficultates qm̃ ĩexpertus ẽ quaſi in puteũ ĩcidit. Proprium.n. ſibi eſt neminem conuitiis petere/& in laudationibus cum non ficte ſed uere ac ex aĩo dicere uideatur/leuis quidam atq; ĩſanus uidetur. Si regem enim laudari aliquem audiuerit agaſonem aut bubulcum laudibus efferri arbitratur quod ſi mille iugera terræ poſſider̄ aliquem audierit/parua hæc dicit/qui uniuerſum

orbem cogitatione cōplecti consueuit. Valde aūt etiā illos contēnit qui se generosos p̄dicant/& auos proauos attauosq̧ suos in mediū adducunt/amentiam ipsoꝝ ideo spernit quia uniuersum hoīum genus cognoscere nequeunt. Auos.n.& progenitores innumerabiles singuli habuim9/quoꝝ alii diuites/alii pauperes/alii reges/serui barbari græciq̧ fuere/ideo ridet quod in quinq̧ aut uiginti progenitorū genealogia nonnulli glorientur. In oībus igitur istis uerus philosophus uulgo deridetur. Et modo superbus/modo rerū humanarum ignarus putatur/& paulo post si oībus inq̄ o Socrates ut mihi p̄suaderes maior pax & pauciora mala essent in hoībus. Non est possibile o Theodore inquit mala oīno ab hominibus auferri/nō.n.apud deos/sed apud mortales necessario & in hoc loco uersantur/q̄obrē toto aīo conari debem9 hinc illo transire. Trāsitus aūt & fuga terrenorū est imitatio dei quantū homini possibile est. Imitatur aūt deū iustitia sanctitate prudentia. Sed nō est inquit facile persuadere multis ita se ista habere/sed nequitiam fugiendā uirtutēq̧ sequendā putant/nō rerū ipsarū gratia/sed ut bonus uidearis. Hæc inq̄ aniles fabulæ sunt/ueritatē aūt altius nos exponam9/deus nullo modo iniustus est/sed q̄maxime iustissimus/nec ē ei similius aliquid q̄ si quis nostrū iustissimus fiat quare dei cognitio sapientia est/& uirtus uera. Ignoratio uero ruditas est & nequitia manifesta/quecūq̧ autē alia dicitur sapientia uidetur quidē sed nō est. Nā quæ in rebus ciuilibus est onerosa/quæ uero in artibus fabrilis. Quicūq̧ igitur iniuriatur sapiēs propter astutiā suā dicendus nō est. Ignorat.n.quod minime ignorare oportet quantū iniustitia detrimentū afferre soleat nō quod ipsi detrimentū putant uulnera uel mortē/quæ patiuntur ēt q nihil iniuriantur/sed quod effugere iniuriantib9 ipossibile apud scripturā ēt humana uniuersa hæc sapiētia stultitia noīatur. Scriptū est.n. Perdam sapiētiā sapientū/& itellectū itelligentiū destruā/ubi sapiens/ubi scriba/ubi conq̄sitor huius sæculi. Quod aūt q uere ac secūdū deum philosophatᷣ nihil praui sapere debet. Inde discimus q̄a non ea quæ uidentᷣ/quæ tp̄alia sunt/sed ea quæ non uidentᷣ/quæ æterna sūt cōsiderare iubemur. Neq̄tiam aūt in terris & in hac mortali uita conuolui propheta ostēdit dicens. Quia futuꝝ & adulteriū & cædes fusa in terrā sunt/& sanguinē sanguini cōmiscent. Ad deū aūt hinc fugiendū esse Moyses ostēdit. Post dn̄m deū tuū ambulabis/& ipsi adhærebis. Imitandū quoq̧ deū esse significat dicens. Sancti sitis q̄a dominus deus noster sanctus ē. De iustitia uero dei Dauid clamat. Iustus dn̄s iustitiam dilexit. Idē diuitias contemnendas esse docuit dicens. Diuitiæ si affluāt nolite cor apponere: & rursus/noli timere cum diues factus fuerit hō: & cum multiplicata fuerit domus eius/ q̄m cum interierit non sumet cum eo oīa/principatus etiā hominum non multifacere monet cum dicat. Nolite confidere in principibus in filiis hoīum quibus non est salus. Exibit spūs & abibit in terram suam/in illa die perdentur omnes cogitatiōes eius.

¶ Quod nonnunq̄ falso ad utilitatem audientium utendum est. Cap. XXI.

n On aūt inquit Plato alienum a grauitate sua legis lator putabit falso aliq̄d ac fere inepte ad utilitatem iuuentum dicere/maxime si quod falso dr̄ audiētes ita trahat ut non ui sed sponte iustitiā uelint suscipere/solidū.n.bonū ueritas/sed non ita facile plærūq̧ p̄suadet. Innumerabilia hm̄oi uerba sunt in scriptura utputa quando pœnitere deum/aut dormire/aut irasci/aut aliis p̄turbationibus ferri scribitur/quæ q̄uis altius interpretata non procul a ueritate sint/uerba tamen ipsa uel terēdo uel permulcendo non nihil prosint illis qui altiorem uestigare sensum nequeunt.

¶ Quod omne genus hoīum ad ueritatem uacandum est. Cap. XXII.

r Ecte in superioribus Plato inquit uiros & mulieres/liberos & seruos/ iuuenes & senes/sic disciplinam ciuilem dictum est amplecti oportere/ut nūquā

Ebus alios pr[illegible] contemnunt.

Mala penitus ex terpari ex hac uita nō queunt.

Aniles fabule.

Deus iustissimus.

Sapientia uera que sit.

Iniustus idēq̧ sapiens ee nemo potest.

Disciplinas honestas & legitimas oē hominū genus op3 narare.

cessent uariis modis atq; carmibus quæ diximus decantare. Et in quito de republica. Ni
hil inqt o Theodore ad gerendam rempublicam pertiet quod ad mulierem/qa mulier
non pertineat/aut ad uirum pertineat qa uir. Sed cum una natura utriusq; aialis sit/quæ
ad uirum natura hæc ad mulierem ẽt natura ptinet/est aũt in oibus imbecillior uiro mu
lier. V trum igitur uiris oia/mulieribus uero nihil concedem9? non recte inq̃. Recte in
quit dicis/nam mulier alia medica esse potest/alia musica/alia ad utrunq; iepta natura/si
militer alia bellicosa/alia non/alia philosophus/& alia non/alia magni animi/& alia pu-
sillanimis/& alia ad custodiendam ciuitatem nata/alia non/sicuti & uiri/eadẽ.n.est utri-
usq; natura præterq̃ q; altera ibecillis/& altera robusta est/quare similes natura mulieres
ad cohabitandũ simulq; rempublicã gerendum uiris dandæ sunt. Decet.n. ut natura si-
miles potius q̃ dissimiles conueniant/hæc re ipa apud iudæos factitata cognouim9. Do
cet.n. eorum historia nonnullas mulieres uirtute atq; prudentia ciuitatem ab hostib9 li-
bera sse. Doctrina quoq; nostra omne genus hoium tam uirorum q̃ mulierũ liberorũ
simul & seruorum græcoꝝ aliqualiter ac barbaroꝝ paruulorum ætate ac senum in hoc
diuino uerocq; philosophandi genere nostro libenter suscipitur.

¶ Quod etiam de Salomonis parabolis Plato multa accæpit. Cap. XXIII.

i N parabolis Salomonis memoriã iusti laudibus efferri/& nomen impioꝝ ex
tingui breuiter atq; cõmode dicitur. Similiterq; dictũ est ne beatum aliquem
putes anteq̃ moriatur. Audi ergo quõ hanc ipsam rem latius in septimo de le-
gibus posuit Plato. Quicũq; inquit ciues præclare laboriosecq; aut aio aut corpore ges-
serint/legibusq; sp obtemperantes fuerint laudib9 post mortẽ efferri oportet/ uiuos.n.
laudare anteq̃ euita exierint ac bonorum operum finẽ imposuerint tutum non est/hæc
non de uiris solum/uerum etiã de mulieribus intelligendum censeo. Diuitias atq; paup
tatẽ ne mihi des in parabolis. Salomon dixit. Plato quoq; in tertio de republica. Iam di
ximus inquit quæ custodes ac magistratus ciuitatis diligenter pellere sp debent/curare
q; ne aditum in ciuitatem habeant/quæ ista inquit sũt. Diuitiæ inq̃ & paupertas/alteræ
nanq; delitias ocium & factiones afferunt altera illiberalitatem malignitatem & factio-
nem. Malignitatem uero appello operationem infamem Moyses in legibus patrẽ atq;
matrem scripsit unusquisq; timeat/& alibi dicitur. Honora patrem & matrem ut bene
tibi fiat/quæ ambo in libro de legibus Plato coniunxit. V nusqsq; inquit nisi mente ca-
ptus sit/& timet/& honorat. parentes. Et rursus seniores re & uerbo unusquisq; uerea-
tur/& si ultra. xx. annos excedunt tanq̃ parentes honoret.

¶ De Seruis. Cap. XXIIII.

c Vm Moyses hebræũ hebræo seruire indecens duxerit/& si acciderit septimo
anno liberũ emitti iusserit Plato in libris de republica græca ꝓ græco seruire ꝓ
hibet/dicens nec græcũ seruũ habeas/cæteris græcis similiter facere consulas.
Sic enim ad barbaros græcia uersa facilius a se ipsa abstinebit. Nemo inquit Plato fines
atq; terminos terræ moueat/nec domestici/nec cuius/nec uicini/putauit enim ita illud
intelligendum esse nõ transgrediaris terminos antiquos/quos posuerant patres tui.

¶ Quod aliqua in alienum sensum accæpit. Cap. XXV.

q Vicunq; autem inquit fines transgressus uicini arauerit agros damnum resti-
tuat/impudentiæ autem atque illiberalitatis pœnas det/duplumque loco sup-
plicii ei deponat cuius agrum arauit. Patris inquit peccata nõ luant filii/nisi qs
mortis supplicium alicui deberet/hoc autem non ad filium aut nepotem solum / sed usq;
ad pronepotem procedat/hoc apertissime inde traxit/qui reddit peccata patrum filiis
usq; ad tertiam generationem in furto quadruplum reddi iussit Moyses si occiderit aut

uendiderit quæ furto ablata fuerunt/sin autẽ quodcũque animal sit uiuum apud aliquẽ
reperiatur duplũ reddi iubet. Et Plato una inquit lex de furto ponatur/duplũ enim red
di par est. Si autẽ reddere nõ habet uinculis teneatur quousq; aut reddat aut aduersario
placet. Cum Moyses scripserit nõ esse homicidam eum qui furẽ in fouea latentẽ interfe
cerit. Congruenter Plato dicit nocte furem interficere licere. Innocens quoq; sit inquit
qui spoliãtem interfecerit. Si uero inquit brutũ aliquod animal hominẽ interfecerit/ex-
tra urbem ĩterficiatur/nisi in certamine id factũ sit. Moyses uero si cornu inquit taurus
uirum aut fœminã pcusserit atq; interfecerit/lapidibus interficiatur/nec carnes eius co-
medantur. Dñs autẽ eius innocens erit cũ prophetica scriptura dicat. Ecce dñs israel fi-
lij hois pmixti oẽs sunt æri/stagno/plumbo/& ferro/in medio camini argentũ pmixtũ
sunt. Ideo hæc dicit dñs/quoniam facti estis oẽs mixtura una/ideo ego suscipiã uos/si-
cut suscipitur argẽtum/& æs & ferrum/& plumbum/& stagnum/in medium camini/
ut suffletur in eo ignis & infundatur. Perspice quõ Plato totum hunc locum intellexit/
& quasi fabulam exposuit: Audiatis inquit fabulam. oẽs qui in eadem ciuitate uiuimus
fratres sumus/sed cum deus nos fingeret aurũ cum illis miscuit/qui ad gubernandum
apti sunt/argentum aũt cum illis qui armis ciuitatem defendunt/nam & isti honore di-
gni sũt/ferꝝ ãt & æs agricolis & aliis opificibus infundit/hæc nõnunq̃ alterũ ex altero fi
unt. Nascitur.n. ex auro argentum/& ex argento aurũ. Magistratibus igitur deus præ-
cipit ut magnam diligentiam habeant/si quis denegauerit ab auro in argentum/aut ex
argento in peiora nullo mõ ignoscant/sed naturæ congruentẽ reddentes honorem in
opifices aut agriculas deducant. Quod si a peioribus argẽtum aut aurũ productũ sit/
honoretur iste/ad conuenientẽq; locũ argenti aut auri conscendat/hoc maxime oium
seruandũ est. Cũ.n. ferrũ aut æs ad regendũ peruenerit/tunc ciuitas destruetur/cũ pro
phetica scriptura ad p̃sules populi dixerit: O pastores israel/an pastores seipsos pascun
tur? nonne oues pascunt̃ pastoribus? Ecce lac deuoratis/pinguem ouẽ occiditis/uelle
ribus indumẽta cõficitis/oues ãt meas nõ pascitis/nec quod perierat quesiuistis/nec fra
ctum alligastis/nec errantẽ reduxistis. Plato in primo de republica sic ista interpretat9
est. Nunc inquit Thrasymache illud dicendum pastoris esse pinguis q̃maxime põt pe
cudes reddere. Tu aũt dicebas nõ ad ouium utilitatẽ/sed ad suam istud sibi esse faciun-
dum/quasi aut apes aut ut maioris uendat oues pasceret. Nõ esset ãt hoc modo pastor
sed heluo quiddam aut auarus. Pastor autẽ ille est cui nil curæ aliud est quã ut optime
opus suũ faciat/opus aũt suũ pascere est. Quare fateri oportet pricipis quoq; opus eẽ
nõ alterius utilitatẽ considerare quã subditi/cum in scriptura feratur a timore tuo dñe i
utero cõcœpimus & parturiuimus/& peperimus spiritũ salutis. Socrates apud Plato-
nẽ in theteto sic imitat9 ẽ. Qui mecũ inquit uersantur idẽ patiunt̃ qđ parturientes: Do
loribus.n. partus ac dubitatiõe replent̃/multoq; magis q̃ mulieres parturiẽtes exagitã
tur/quẽ quidẽ dolorẽ partus excitare & sedare ars mea facile põt. Ezechiel scribit & ui-
di. Ecce uentus turbinis ueniebat ab aquilõe/ac paulopost/& in medio eius similitudo
quattuor animaliũ & aspect9 eoꝝ similitudo hois in eis & quattuor facies uni. Similitu
do ãt uultus eoꝝ facies hois & facies leonis a dextris ipsorũ quattuor/& facies uituli a
sinistris ipsoꝝ quattuor/& facies aq̃læ a dextris ipsorũ quattuor quæ Plato imitatus sic
est. Imaginẽ inquit animi fingam9 talẽ uidelicet/quales apud priscos naturæ quædã fa
ctæ narrant̃. Chimæræ.s. Scyllæ ac Cerberi/dicunt̃ inquit/hæ/finge igitur unã quidẽ
idæã uariæ feræ atq; multicapitis/q̃ domesticaꝝ capita & siluestriũ feraꝝ habeat. Diffi-
cile inquit est qđ fingere te uolo/sed tñ qa facilius orõne q̃ cæra fingim9/pgrediamur.
Altera ergo idæa leonis fingat̃/& postremo hois. Coniũgat̃ deinde sic in unũ/ut hois

imago extrinsecus cōplecti cætera uideatur/ut qui oculis hoc animal cernit/cōsimiliter cum eam solummodo uideat/& interiora lateāt.hominem solummodo esse putet/his ita factis iniustissime faciet/& inutiliter consulet/qui dicet leonē & cæteras feras nutriē das esse.hominem aūt fame sic deneruandum/ut facile a feris ducatur/ipsasq; feras nō esse ad amorem reducendas/sed incitandas potius/ut inter se pugnantes alia aliā deuoret.Is autem iustissime simul atq; utilissime consulet/qui dicet dandam esse operā diligēter/ut aialis huius cōpositi ac multicapitis principatū solus teneat homo/& quasi agricola quæ māsuetæ sūt moderate nutriet/imanes autē feras leonis uiribus usus domet.

¶Quod in.xii.ciuitatem iudæorū imitatione Plato diuidit. Cap.XXVI.

i N duodecim tribus iudæorū genus diuisum nemo ignorat/quem diuisionis numerum ciuibus suis Plato attribuit dicēs in duodecim quam æqualiter fieri potest uniuersa regio partes partiatur/& sorte una tribus unam partē possideat/& duces singularum tribuum eligantur.

¶Quod situm urbis iudæorum secutus est. Cap.XXVII.

p Risci iudæi metropolim suam diuino consilio longe a mari in montibus condiderunt:Plato quoq; quam in legibus condidit urbem in simili hierosolymorum loco eam constituit ut uideantur ad urbem hebræorum respiciens uerba composuisse.Ferme nāq; inquit o amice per decem milia passum a mari abierit hæc ciuitas portumq; habebit quam optimum/& agros regionemq; fœcūdissimam/cauebitur autem ne alia ciuitas prope nimium sit:Maritimam.n.condere non debemus, ne alienis moribus uariis uilibusq; faciliusq; corrumpatur.Cum autē per decem milia passum distet amari/portuosaq; optime sit/nec utilitate iocūditateq; maris omnino priuatur/nec ita facile moribus alienis repleta nequitiam fouebit.

¶De Prouidentia. Cap.XXVIII.

u Ndecimo autem de legibus omnium rerum minimarum ēt curam & gubernationem deo creatori attribuit/impietatisq; crimine illos accusat/qui non agi gubernariq; omnia diuinitus putarit.Primum.n.īquit deum iam ambo cōcedistis uidere audire scireq; uniuersa/nihilq; ipsum penitus effugere atq; latere posse. Estne ita inquit/an aliter?Ita prorsus.Quid porro?posse ne deum omnia concedimus/an contra?non est negandum inquit omnia deo possibilia esse/optimum autē esse omnes concorditer iam concessimus.Nōne igitur desidia quadam otioq; pernicioso teneri deus uidebitur/si cum possit & sciat/uniuersum gubernare negligit?Rectissime id abs te dicendum est inquit.Deum igitur putare debemus quanto melior potentiorq; cæteris est/immo uero potentissimus at optimus & sapientissimus/omnibus suis ꝓuidere.Nō enim fas est aliter omnino opinari/falsumq; omnino est non habere curā artificem his de rebus quas artificio suo effecit.Et post pauca/nulla inquit mundi pericula dei prouidentia effugit/nam cum pars totius gratia non totum partis factum sit/nullus pene totum gubernat nisi parti quoq; prouideat.Et post aliqua/nec.n.negligeris recte faciens nec si in profundum terræ deueneris/aut si in cælum euolaueris sed supplicio congruēti uexaberis/aut hic aut apud inferos quod mihi de illis ēt dictum putato/ quos tu qm̄ magnos de paruis scelere quodam euasisse uidisti a miseria in beatitudinem uenisse dicebas.Hæc nonne similia illis sunt:Quo ibo a spiritu tuo?& ubi a facie tua me abscōdam?si ascendero in cælum tu illic es/si descēdero ad infernum ades/si sumpsero penas uentorum & habitauero in extremis maris/etenim illic manus tua deducet me.

Ciuitates procul a mari cur edificande.
Rome situs olim fuit huiusmodi.
Plato
Deus oia uidet oia audit oia ꝓuidet.
Deus omnipotens est.
Prouidentia dei mundu gubernari.

¶ Eusebii Pamphili Liber tertiusdecimus.

¶ Quod Plato gentilium deos contemnebat. Cap. I.

Sed abunde iam ut puto Platonicam philosophiam quasi he-
bræorum lingua in græcã esse translatam demonstratũ ẽ/nunc
reliqua psequamur. Primum igitur considera qũo priam de
diis opinionem tanq̃ falsam redarguebat hoc modo scribens
in Timæo. Sed de aliorum dæmonũ atq; deorum generatione scri
bere maius est opus q̃ humeris nostris ferre possumus/ qua
re his q hæc tradiderunt credere debemus/qui cum a diis or
ti sint/& parentes suos qui sint optie teneant nullomodo fal-
luntur/quare q̃uis nec necessario nec uerisimiliter dicant/ tñ
qa rẽ suã enarrant/æquum est ut eis fidem adhibeamus legi obtemperantes/quare secũ
dum priscorũ instituta genealogia deorum terminetur/credanturq; cæli & terræ filii Ocea
nus & Tethys fuisse: ex qbus Phorcus: Saturnus/Ops/& alii q̃plures nati sunt/a Satur
no aũt & Ope Iupiter & Iuno. Primum igitur deorum nepotes poetas appellans deridere
mihi deos uidetur/non deos sed hoĩes nepotibus eorum natura similes fuisse ostẽdens/ de
inde theologos ipsos quos deorum nepotes appellauit uehemẽter carpere uidet̃ / cum
inferat/q̃uis absq; necessaria immo uero uerisimili demonstratione dicant/locari aũt ui-
detur dicẽs qa ipsi pbe pgenitores cognouerint suos/& quod impossibile sit deorum fi-
liis non credere/præter sententiam aũt animi sui deos esse appellasse manifeste ostendit/
qa ut legem patriam uidelicet sequeretur/ita dixisse fatetur. Quæ oĩa ita esse facilius co-
gnosces/si audias quomodo clara uoce theologos gentium omnes his uerbis in epime-
nide repræhẽdat. Theologiã ergo inqt & uniuersi pductionẽ/quoniã male maiores no
stri de his tradiderunt/suscipere melius ẽ/ac ita defendere/ut aduersus impios dicere nil
timeamus. Iure aũt maiorum theologiã contẽnendam esse in secundo de republica do
cet/ubi de poetis & theologis & de gentilium diis his uerbis utitur/quæ diligenter quæ
so animo uoluas. In maioribus inquit minores quoq; uidebimus/oportet enim eandem
esse naturã/& idem posse maiores atq; minores/non ne ita tibi uidetur? Videtur inquit/
sed non intelligo quos tu maiores appelles. Eos inq̃ quos Hesiodus atq; Homerus cæ-
teriq; poetæ nobis tradiderunt. Omnes nanq; poetæ fabulas componentes falsa hoib9
& cecinerunt & canunt. Reiiciendi ergo sunt non solũ qa mentiunt̃/uerumetiam maxi
me qa non bene mentiuntur/sed sũt quasi pictores dissimilia omnino illis pingẽtes/atq;
contraria quæ pingere debuerunt. Hæc inqt recte accusanda sunt/sed quænã sunt falsa
atq; improbe dicta? Primũ inquã maximũ & de rebus maximis mendatiũ non bñ men
titus est/qui dixit cælum ea fecisse/quæ ab Hesiodo narrantur/& q Saturnus ipsum ul-
tus fuerit. Nã ẽt si uera essent: tacenda omnino tamẽ putarent/nec ita facile ad omnes ef
ferenda/sed maxime certe cælanda/q si necessitas quædã dicere cogeret/paucissimis tra
denda fuisse. Ardua.n. sunt nec prædicanda o Adymante in ciuitate nostra. Nec.n. inue-
ni persuadendum est/ulcisci parentes oportere etiam si iniuriam inferãt/nec autem om
nino credendum est deos inter se ita dissidere/ut alius alii bella & pugnam cieant/nec.n.
uera hæc sunt/nec nobis conducibilia/qui si rempublicam conseruare uolumus/in testi
na bella odia & simulationes turpissimas ducere debemus/nec gigãtum aduersus deos
pugnas & heroum in cognatos adolescentibus explicandas iudico / sed si ali quomodo
possemus nunq̃ ciui ciuem fuisse inimicũ id libenter persuaderem9. Hæc enim maxime

aturni uincula / Vulcanus a Ioue precipitatus.

adolescentibus/hæc uiris/hæc senioribus prædicanda. Quare poetæ cogendi etiã sunt hæc carminibus edere. Saturni aũt uincula/& Vulcani a patre proiectio cum auxilium pulsatæ matri afferret: deorumq; pugnæ quas Homerus conscripsit nullo modo audiẽdæ. Nam etiam poeta q̃optime atq; utiliter de deo fingere debent. Multum enim ad uirtutem huiusmodi carmina conducunt. Quas igitur dicemus utiles ad uirtutem de diis fabulas esse/ut respondeamus si quis interroget?

¶Quod mendosissime de deo poetæ scripserunt. Cap. II.

n On sumus inquit o Adymante in præsentia poetæ/sed urbiũ conditores. Cõditorem aũt urbis oportet formas quasdam rerũ tenere/in qb9 uersari poetæ ita debẽt/ut inde digredi sibi non liceat. Recte inqt dicis. Sed quænã istæ formæ sunt? Tales certe inqt qualis sit deus heroicis lyricis tragœdisq; dicendum est/nam cũ deus bonus uere sit/nihil ei mali attribuere debent. Bonũ aũt nullũ nocet an non? Ita uidet inqt. Putasne igitur quod innoxiũ est nocerẽ an non? Nullo modo iqt. Quod aũt non nocet facitne qcq̃ mali? neq; id qdẽ. Quod porro nihil mali facit/nullius certe mali causa erit. Assentio. Nihil ergo nocebit. Præterea omne bonũ utile est an non? Vtile uidelicet. Erit ergo causa felicitatis. Ita prorsus. Sequitur ergo ipsum bonum nõ esse cãm oĩum/sed eorum solũmodo quæ probe se habent/malorũ uero minime. Id iam negari nõ potest. Necesse igit est in quã qm̃ de9 bon9 ẽ nõ oĩum ut multi putãt/sed paucorũ (pauciora.n. bona q̃ mala sunt) cãm esse. Malorũ uero nõ deus/sed alia quædã causa est. Hæc mihi uerissime dici uidentur. Non ergo audiendus est Homerus/cũ ita impudẽter de deo loquatur quod duo apud Iouẽ dolia sunt/alterũ bonis/malis alterũ fatis plenum/& cui Iupiter ex utrisq; dederit/is modo fœliciter/modo contra se habet/cui autẽ mala solũmodo destinauerit hũc magna sp erũna calamitosaq; pestis insequit/fœderis aũt cõfusionẽ si quis p Pallada & Iouem esse cecinerit nõ approbabimus/nec cõtentiones atq; pugnas deorũ/nec quod aschylus dicit/occasiones diuinitus hoibus dari malorum qñ eos deus perdere uoluerit. Nec ~~nobis~~ niobe calamitas cæteraque huiusmodi audienda sunt. Sed uel nõ fuerunt a deo illa facta/uel si a deo facta contendunt dicendũ cũ qui puniuntur miseri sunt/non deum creatorẽ sed miseriã suam sibi debita supplicia concitasse/quibus cruciati meliores facti sunt/sed modo hæc prætermittẽda. Malorũ autem si quis audet causam deũ dicere/si quidẽ uolumus bonis ciuitatẽ legibus fũdare nullo modo patiemur. Nec eni fas est id dicere nec cõducibile nec cõgruens/sed omnino nẽfandum ac falsum. Probatur mihi hæc lex inquam. sitq; ista prima formulæ quod nulli omniũ liceat malorum/sed bonorum solummodo causam deo attribuere.

Deũ bonũ ẽẽ & ideo malorũ nõ ẽẽ nõ posse.

Dolia duo bonorũ malorũq; plena p uestibulo ẽẽ.

¶Quod deus immutabilis ac uerus est. Cap. III.

a D hæc respõde quæso/utrũ putes ab illa in aliã formam deum mutari ut nos decipiat/an simplicẽ esse/ac nunq̃ mutationẽ aliquam suscipere. Nõ habeo inquit modo quod respondeam. Si quid autẽ a forma sua mutetur/uel a se ipso/uel ab alio mutari necessarium putas/an non? Necssarium certe/quod aũt summũ optimum potentissimumq; est/mutari ab illo nõ poterit/hæc aũt omnia deus est. Non ergo diuersas ab alio formas accipiet. A se ipso autẽ mutari qui potest dici? Vtrum enim ad melius/an peius mutabitur? Necesse est inquit si mutatur quod mutatur optimũ est ad peius mutari. Videtur igitur tibi o Adymante sponte se quenq̃ in peius mutare. Minime inquit necesse igitur est cum sit pulcherrimus atq; optimus simplicissimum eum esse/ac in forma sua sp cõstantissime manere. Mihi etiã ita uidetur inquit. Nullus ergo nobis deos quasi peregrinos orbem circumire asserat/nec multa de Proteo ac Thetide mendacia dicat/nec Iunonem in Antistidem cõmutatam ea fecisse contedat quæ multi

Deum ẽẽ immutabilẽ nec accipere uarias posse formas.

Proteus / Thetis } in uarias formas

Iuno in antistitẽ uersa.

conscripserunt: Sed hæc omniaq; his similia pellantur a ciuitate. Sed forsan inquit ipsi q dem dii nullo modo mutantur. Nostra uero phantasmata ita mouent: ut mutari nobis uideantur. Quid igitur inq̃ uellet ne unq̃ deus mentiri/aut seducere re uel uerbo falsa nobis phantasmata imprimens? Nescio id qdem inqt. An ignoras inqt quod uere falsũ est si ita dicere conuenit id nõ deos solum/uerũ etiam hoibus odio esse? Quomodo id dicis inqt? Non.n.itelligo/putas.n.inq̃ magnũ qd me dicere/ego uero dico cũ falsum ita in aio se habeat ut errore intellectus circũuolatur atq; ignorãtia nemo pẽitus id uellet/& oderunt oẽs id falsum. hoc.n.est quod paulo ante dicebã uere falsum animi eius qui mentit ignorantia. Falsitas.n.quæ in uerbis est eius falsitatis imago est/qua aius seducit/quod qdẽ falsitatis simulachꝝ sincera puraq; falsitas non est/atq; ideo non semp odio dignum est/cõducit.n.nõnunq̃ uel aduersus hostes uel ad eos q amici uident qñ mali aliqd iferre conant. Tũc.n.ad incommodoꝝ euersionẽ falsitate uti non icommodum est/prisca ẽt quæ certe scire nequimus q̃ uerisimiliter fingentes non nihil inde utilitatis adipisci conamur. Qua igitur rõne falsitas deo conueniet. Vtꝝ qa prisca nesciat? an quia hostes uehementer formidet? an qa suoꝝ isidias uelit effugere? Nihil inquit horum de deo dici põt/mentiri ergo deum nefas est dicere. Vnde simplex maxime & uerus uerbo atq; re est/nec ipse in se ipsum mutat/nec alios aut phantasmatibus/aut uerbis aut signis uigilantes/aut dormientes decipit. Recte ista oia dicta sunt iquit. Sit ergo ista secunda formula/ne cui liceat seductorẽ aut mendacẽ/aut mutabilẽ aliquo mõ deũ appellare. Quare non est laudandũ illud homericum ꝙ somniũ Agamẽnoni missum est/nec Aeschylus audiendus cũ fingat Thetida dicere Apollinem in nuptiis suis optimos eã filios ac lõgæ uitæ habituram cecinisse. Et ego Thetis apud eum dicit diuinum Apollinis os falsum posse dicere non sperabam/nũc aũt uideo abeo ipso qui mihi secũda de filiis cecinit filiũ meum esse interfectũ. Hæc cæteraq; huiusmodi pellenda oino a ciuitate sunt. Quod igit Plato uerbis ꝑcipit/id ipsum re in hebræoꝝ scriptura factitatum inuenies/nullã.n.de deo turpem fabulã/nullã de angelis/nullam de piis uiris inuenies. Cum aũt bonoꝝ causam esse deum Plato asserat/nonne a Moyse illud accæpit / q singulis creatis subiungit. Et uidit deus quia bonum/& oia simul repetens/ & uidit de⁹ inquit uniuersa quæ fecerat/& ecce ualde bona/nec unq̃ apud hebræos maloꝝ cã deus putatus est. quare ꝓpheta ẽt ad hoiem qui sua se uoluntate deprauauit his uerbis utit/ factuosam ego te uitem plantaui/qũo retrouersa es? ꝙ si alicubi mala diuinit⁹ improbe dare scribit pœnas/atq; supplicia mali uocabulo intelligere debemus/quas deus cũ sit bonus non ad detrimentum eoꝝ qui puniũtur/sed ad utilitatem atq; commodũ mittit/ sicut medicus ad salutẽ laborantium cura nonnunq̃ utitur amara dolorisq; plẽa. Vnde apud Platonem quoq; dictũ est/utilitatẽ consequi eos qui puniuntur/& iudæus quidã dixit. Castigat dñs quẽ diligit ꝙ autem mutari deus non potest/sic a persona eius in scriptura dictũ inuenitur. Ego dñs deus uester & nõ mutor/& apud psalmistam/ Omnes sicut uestimentum ueterascent/& sicut operatorium mutabis eos & mutabunt/tu autem idem ipse es/& anni tui non deficient/ꝙ si dei uerbum in forma figuraq; hois uẽturum scriptura ꝑdicat/quod nos ima uenisse affirmamus/atq; ideo mutationẽ deo attribui nonnulli putẽt: Sciant qa nõ ut gẽtiũ fabulæ de Proteo/Thetide/atq; Iunone / nec ut cæteri dii q errantes sicut pegrini orbem circumeunt/ita uerbum dei hebræorũ scriptura in hoiem mutatum esse affirmat uerum qm̃ rationale aial homo dei a deo errauit/ut neq; deum deiq; prouidentiam/neq; seipsum cognosceret/sed in naturam bestiarum male agendo inciderit. Iccirco deum ut medicum & saluatorem uenturum prædicebat/non qdem a sua natura mutatum. Non.n.seduxit eos qui uiderunt/sed utranq;

Deum nõ esse mendacem nec impostorẽ p indũ nõ transforma

Mendaciũ odios

Mentiri qnq; conceditur.

Deũ nõ mentiri

Achilli ab Apollinẽ mẽr ꝓphum.

uerissime conseruauit/uisibilem dico atq; iuisibilem naturã uisus.n.homo est & quidẽ uerus homo fuit/uerbum ẽt dei uerum/filiusq; dei uerus est.Quare non seduxit credẽtes/neq; falsitas ulla in eo inuenta est/qualis etiam Platoni deus esse uidet᷑.Maxime igitur deus uerbum uerbo atq; re simplex est/nec a se ipso mutatus unq̃ fuit/nec alios aut phantasmate/aut uerbo/aut signo uigilantes/aut dormientes decæpit.Sed sicut rationalium medicus animarum salutem uniuerso generi hoium afferentes uere non phantastice hominem assumpsit/ac ita nobis omnib9 ad ueram pietatem ad ueramq; dei cognitionem conuersionem largitus est.Talia igitur nostra sunt/eos uero q aliter dicunt ab ecclesia tanq̃ a ciuitate Platonis consilio compellimus.

¶Quod socrates quia gentilium deos spernebat occisus est. Cap.IIII.

Eos autem gentium a Socrate quoq; contemptos fuisse/& hac de causa eiectum ab atheniensibus diximus.His.n.fere uerbis in euthyphrõe Plato utitur/Ipsi.n.homines euthyphron inquit Iouem optimũ atq; iustissimũ deoꝝ putant/& tamen fatent᷑ patrẽ ab eo uictum fuisse quia filios impie deuorabat/mihi autem irascuntur quia patrẽ iniuriantẽ ulciscor.Et si contraria sibi ipsis de diis & de me dicere inueniuntur:Num inquit Socrates o euthyphro propterea ipse accusatus sum qa ægre fero talia dici de deo:ʼ Hæc Numenius in libro de arcãis Platonicis hoc modo exponit:Si accusationem de Atheniensium theologia Plato scripsisset/ostendissetq; seditiones parentũ atq; filioꝝ/& deuoratiões ultionesq; iniquas:& nefanda matrimonia impie diis a theologia eorũ attribui/dedisset meo quidẽ iudicio causam atheniensibus/incitassetq; ipsos ad cædem suam/atque ita morte Socratis obiisset:sed uiuer᷑ quidem ille impietate inuolut9 nunq̃ uoluisset/quoniã uero & uiuere ac pie dicere tuto poterat Euthyphronem quidem uirum arrogantia corruptum pro persona non atheniensium solummodo sed omnium quæ pie non sentiunt.Ipsum autem Socratem pro persona sua posuit/atq; ita ueritatem & securitatem simul consecutus est.

¶Nullo pacto iurandum sit. Cap.V.

In critone autem mortem pro ueritate oĩno despiciendã his uerbis ostendit Ego uero inqt o Crito non modo nũc/sed semp talis fui/ut nulli magis q̃ rõni credam ei quæ mihi optima uideat᷑/q̃obrem non possum nũc qm̃ isto casu oppressus sum rationes eas quasi falsas contẽnere/quas & prius ut optimas prædicaui/& nũc similes mihi uident᷑/& nisi meliores alias dicere habeamus/nec si ẽt maiora q̃ mors & uincula pecuniarũq; ablationes innuerẽt picula tanq̃ puer laruis territus a ppo sito desistã:Sed uideamus an recte prius dicebamus/quod oporteat opinionẽ alias improbare/alias minime.Nam si hoc anteq̃ mors istaret recte dicebat᷑/nũc uero aliter uidet᷑.Ludus qdem & deliratio disputatio nostra fuit.Sed quoniam præscens tibi calamitas nulla impendet/non ne sententiam meã probas/qa.s.aliæ hoium opiniones amplectandæ sunt/aliæ nequaq̃:ʼ nec hoium oium/sed alioꝝ opiones eligendæ/alioꝝ uero minime:ʼ qd ais:ʼ Probe inq̃ dr̃.Bonas ergo eligendas/prauas aũt eiiciendas asseris an nõ:ʼ Assero inqt.Bonæ aũt nonne sapientum sunt/prauæ aũt insipiẽtũ:ʼ Quidni.Vtrum igitur uir bonus laude ac uituperatione & opinione cuiusuis mouebit᷑/an eius solũmodo qui ea in re præcipuum hẽat artificium:Eius solummodo mihi uidetur:Fugiẽda ergo est uituperatio/& laus expetenda.Nunquid multoꝝ sed eius solummodo qui præcipuam habeat rei cuius laudes desideras doctrinam.Ita faciundum uiuendumq; ut ipse monet cæteris oibus cõtemptis.Quare ne cætera percurram/de iustis quoq; atq; iniustis turpibus & honestis non multorum opinionem sequi oportet/sed eius solummodo q hæc recte intelligit/quem uereri atq; timere q̃ cæteros oẽs oportere ipse censeo quẽ ni-

ſi ſequamur/nec iuſti uidelicet/nec probi erimus uiri quare nec uiuendum nobis eſt ita corruptis.Nō ergo curare debemus quid multi/ſed quid dicturus eſſet/ſi quis intellige ret/aut ipſa ueritas ſi ei attribueretur oratio/hoc ubiq; pro pietatis ueritate ita factitatū a noſtris eſt/ut nullus noſtrum uolūtatem aliorum conſideret/ſed omnes uno animo chriſtum ſequamur/nullas pecuniarum ablatiōes/nulla uincula/ſed nec mortē quoq; ipſam timentes/quales apud hebræos ēt priſcis temporibus multi fuerunt.

¶Q uod fortes uiri etiam poſt mortem patriam defendunt. Cap.VI.

i

N eodē nullo pacto iniuriandē eſſe Plato cenſet.Affert ne inquit turpitudinē iniuriāti & dedecus iniuria an nō? Affert inquit. Nullo igitur pacto iniuriari oportet.Fateor inquit.Nec ergo ēt læſo referenda iniuria eſt ut multi putant qm̄ nullo pacto iniuriādū eſt/& quoniā malefacere nihil aliud ēſt q̄ iniuriari/nō oportet male alicui facere/ēt ſi innumerabilia mala ꝑpeſſus ſis. Hæc nobis a chriſto clarius ꝑcipiuntur/& ꝓpheta multo ante Platonē: Si reddidi retribuētibus mihi mala decimā ab amicis meis inanis/rurſus.Cū his qui oderūt pace erat pacificus.Q uod āt pro ueri tate mori debeamus/quod multi hebræoꝝ fecerūt chriſtianoꝝ uero ferme innumera biles:Socratē audi apud Platonē in apologetico dicentē.Si dicetis inq̄t mihi o iudices: Anyto quidē accuſatori tuo.Socractes ualere dicemus.Te aūt hoc pacto ac fœdere li beramus/ut nunq̄ amplius ut ſolebas philoſophari audias/& ſi aliter feceris ut moria ris.Si hæc mihi diceretis conſtāter reſponderē q; ego diligo quidem uos o atheniēſes/ credo aūt deo magis q̄ uobis.Q uare quouſq; uiuā & poſſum/nūq̄ philoſophari ideſt recte uiuere nō deſinam nec deſiſtam unq̄ hortari admonereq; uos quē admodū con ſueui.Hanc Platonis ſocratiſq; ſentētiā uix a ſolo Socrate ab hebræis autē & ante chri ſtū multis & poſt chriſtum innumerabilibus conſtāter ipſa re approbatā inueniēs/he bræos enim etiam Saluatoris noſtri diſcipulos fuiſſe nō ignoramus. Cap.VII.

ſ

Ed uideamus quid de his dicat qui pro defenſione patriæ magno animo mili tantes motui ſunt.Nonne igitur inquit eos qui militiæ fortiter pro patria faciē tes interierunt aurei generis fuiſſe dicemus.Omnino inquit.Credemus igitur Heſiodo poſtq̄ aurei generis homines mortui ſunt a multis hoies anguſtiis ſemideos factos liberare/ mortaliumq; omnium eſſe cuſtodes/ac in poſterum quaſi deos cole mus/eorumq; adorabimus monumenta.Similiter etiam omnes qui præclare uixerūt quoquomodo mortui ſunt honorabimus.Hæc nos quotidie factitamus qui ueræ pie tatis milites ut dei amicos honorantes ad monumenta quoq; illorum accedimus/uota que ipſis facimus tanq̄ uiris ſanctis/quorum interceſſione ad deum non parum iuuari profitemur. Hæc a Platone collegimus / ut oſtēderemus hebraica illum philoſophia munitum noſtris conſentanea ſcripſiſſe.Plura iſtis apud eum inueniri ab hebræorum ſumpta ſcriptura non ſum neſcius/ſed omnia colligere longum eſt.Verum ne ſoli nos ab hebræis tam Platoni quam aliis multo furto eſſe ablata conſpexiſſe uideamur/alioꝝ quoq; teſtimonia qui hoc ipſum perſpexerunt ponenda ſunt.Primumq; Ariſtobulum audias/qui in libro quem ad regem Ptolemæum conſcripſit his uerbis utitur.Apertiſſi mum quidem eſt leges & diſciplinam noſtram diligenter fuiſſe Platonem ſecutū.Non enim latet ſiquis attentius eum legat perlectā ab eo & quidē diligenter ſcripturam fu iſſe.Scimus etiā oēs ante Demetrii phalerei tp̄a/imo uero ante Alexandrum & perſaꝝ imperium quinq; Moyſi libros in græcam linguam q̄uis nō cōmode traductos fuiſſe. Tota uero ſcriptura noſtra Demetrii phalerei opa & philadelphi regis tui ꝓgenitoris iuſſu aptiſſime trāſlata eſt.Et poſt pauca diuinā uocem inquit cum dicat.Et dixit deus fiat/& factum eſt/nō ſyllabis prolatū ſermonem/ſed operis nutu ipſiuss conſtitutionē

intelligere debemus. Quod mea quidē sententia Pythagoras Socrates atq; Plato secuti dei uoces audire dicebant: Vniuersi productionem a deo emanasse uidentes/& uirtute illius contineri non dubitantes. Sed Orpheus etiā in carminibus quæ inscripsit de uerbo sacro diuina uirtute omnia gubernari cunctaq; a deo ꝑducta hoc modo asserit.

Vos qui uirtutem colitis uos ad mea tantum.
Dicta aures adhibite/animosq; intendite uestros.
Contra qui sanctas leges contemnitis/hinc uos
Effugite/& procul hinc miseri procul ite profani.
Tu uero qui diuinas specularis/& alta
Mente capis musæ uoces amplectere/& illas
Aspiciens sacris oculis sub pectore serua.
Hoc iter ingressus solum illum suscipe mundi
Ingentem auctorem/solum interituq; carentem:
Quem nos præsenti qui sit sermone docemus:
Vnus perfectus deus est qui cuncta creauit:
Cuncta fouens/atq; ipse ferens super omnia se se:
Qui capitur mente tantum/qui mente uidetur:
Qui nullumq; malum mortalibus inuehit unq̄:
Quem præter nō est alius/tu cuncta uideto
Hic ipsum in terris melius quo cernere possis.
Hic etenim uideo ipsius uestigia/fortem
Hicq; manum uideo/uerum ipsum cernere quis sit
Nequaq̄ ualeo/nam nubibus insidet altis.
Nemo illum nisi chaldæo de sanguine quidam
Progenitus uidit/quem cælorum aurea sedes
Sublimisq; tenet/cuius se dextera tendit
Oceani ad fines/quem de radicibus imis.
Concussiq; tremunt montes/ nec pondere quāuis
Immenso sint ferre queunt/qui culmina cæli
Alta colens terris/nunq̄ tamen ille sit absens.
Ipse est principium/medium quoq;/& exitus idem.
Priscorum nos hæc docuerunt omnia uoces:
Quæ binis tabulis deus olim tradidit illis.
Aratus etiam sic de deo loquitur.
¶ Ab Ioue principium sunt Iouis omnia plena
Quem reticere nefas: Ioue cuncti utuntur/ab ipso
Nos sumus/ille fauet/uires cunctisq; ministrat.
Iouem enim hic Aratus supremum deum nominauit.

Sed non his solum/sed omnibus philosophis qui hoc noīe digni uisi sūt/ita piade deo sententia uidetur habenda/nostra lex sola diligentissime sanxit. Ad pietatem.n. ueram sola nos adducit/& uere uirtutis curam habere compellit. Et post aliqua. Omnibus ergo productis inquit ad requiē a laboribus septimum diē nobis cōcessit. Et Paulo post. Prima uero res naturaliter lux/in qua uniuersa conspiciūtur dici pōt/quam quidem lucem sapientiā quoq; appellare possumus. Tota nempe lux ex sapientia est/unde quidā peripatetici fulgorē ipsam appellarunt/quoniam qui eā sequit̄ per totā uitā nunq̄ cespitabit. Quod clarius Salomon ille dixit/ante cælum & terram sapientiā genitam esse as

firmans. Quod autem scriptura dicit requieuisse deum in septima die/id non quia nihil deus postea faciat dictũ est ut nõnulli putãt/sed qm̃ ordo rerum fixũ habuit statũ.q nunq̃ mutat̃ cessasse deus dicitur. Ideo.n.dicitur in sex diebus illũ cælum & terram & oĩa quæ in eis sunt creasse/& ut tpa & ordo rerum secundum prius & posterius significetur. Eo.n. ordine facta sunt quo postea gubernant̃ & trãsmutantur/lege aũt iussit hanc diem nobis esse seruandam in signum rõnis septimæ quæ in nobis cõstituta est/in qua humanarum diuinarũq; rerum cognitioné cõsequimur. Hebdomadibus aũt uniuersum uoluit̃ cũcta fouens quæ uiuunt & germinant/unde nomine quoq; sabbatum appellamus/quod latine quies interpretari potest/hoc ip̃m Hesiodus quoq; his carminibus probauit.

Primum prima dies dehinc quarta & septima sacra est. Et rursus.
Septima lux rursum sacra & præfulgida uenit.
Homerus etiam sensisse uidetur cum dicat.
Septima lux aderat cuncta & perfecta fuerunt. Et rursus.
Septima ubi orta dies Acherontis liquimus undas.

Hoc.n.significat quod obliuione uitioq; aĩæ in septima secũdum ueritatem rõne ubi cognitioné ueritatis adipiscimur oĩa prædicta relinquuntur. Linus etiam hæc cecinit.

Septima cum uenit lux cuncta absoluere cœpit.
Omnipotens pater inq; bonis est septima/& ipsa
Est etiam rerum cunctarum septima origo.
Septima prima eadem perfecta & septima/septem.
Vnde etiam cælum stellis errantibus altum.
Voluitur & circlis totidem circum undiq; fertur.

Hæc ab Aristobulo nobis sumpta sunt. Nunc clæmenté quid de hac ipsa re scripserit audiamus. Mõ inqt a barbara ut ipsi diceret philosophia multos furatos græcos fuisse oñdamus. Deĩde stoici corp9 dicũt q͂a in corpe & spiritũ secũdũ substãtiã quasi toti9 aĩam. Hæc apte in scriptura iuenies. Altioré.n.sensum.atq; uerum p̃spicere nequerunt/uñ p uniuersa mundi substãtiã tãq̃ fouẽté aĩam trãsire deũ asseruerunt. Seducti aũt sunt q͂a de sapiẽtia dr̃ p oĩa ip̃m trãsire tenuitate atq; munditie sua/non.n.intellexerunt de ea sapiẽtia quæ p̃ria creatura est scriptum esse. Hylen quoq; in principiis philosophi stoici.s. Plato Pythagoras & Aristoteles posuerũt/quã iformẽ & absq; qualitatibus asserũt/q̃uis Plato in Timæo unũ occulte principiũ censere uideat̃ his uerbis. Quid nobis uidet̃ de oĩum principiũ/aut principiis mõ dicendum non est/non alia de cã nisi difficillimũ est. Ille ẽt locus scripturæ terra quoq; erat inuisibilis & iformis occasioné eis dedit ut Hylé deo subiicerent. Vacuũ aũt epicurus posuit qm̃ illud non recte intellexit: Vanitas uanitatũ & oĩa uanitas. Aristoteles usq; ad lunarem pilã p̃uidentiã dei deduxit illo psalmo decæptus: Dñe i cælo misericordia tua & ueritas tua usq; ad nubes. Prophetica.n.dicta ante Saluatoris nostri tpa magna obscuritate tegebant̃. Supplicia uero apud iferos esse tam poetæ q̃ philosophi a nostris accæperunt. Ad hæc autem sequitur necessario immortalitas animi/quod enim supplicio & cruciatu uexatur omnino uiuit. Plato uero quod hebræi geheñam dicunt ignis/fluuios tartarum cocytum/acheronta/& Pyriphlegetõta secũdum poetas appellat/uiros uero igneos dicit damnatas animas ad supplicia impellere/angelos uidelicet quosdam a quibus iniusti puniũtur. Ad hæc angelum unicuique ad custodiam diuinitus datum a scriptura nos didicimus. Et Plato scribere non dubitauit hoc modo: quoniam inquit omnes animæ sorte uiuendi modũ eligere ordine ad sortem suam progrediunt̃ motæ a dæmone/qué singulæ sortitæ sunt q ad custodiendam hanc uitam: & ad p̃ficienda q̃ elegerunt una cum eis mittitur. Hoc ipsum credo Socra-

tem ēt significasse cum dæmone quodā sæpius atq; sæpius gubernari se dixerit. Mundū quoq; factū esse a Moyse didicerūt. Aptissime nāq; Plato uniuersi huius factorē atq; patrē deū appellat quasi ab eo solo ex nō ente formatū. Stoici quoq; hui⁹ opionis sunt/ & quē scriptura diabolū noiat malignā aiam in decio de legib⁹ Plato appellauit/aduersus quā pugnā nobis esse constitutā ostendit. Cum aūt mundū aliū intelligibilem/aliū sensibilē esse Moyses ostendat/& aliū primitiuū atq; exēplar/aliū exemplaris illius simulachrū/quoꝝ alterū.s.intelligibilē imitati/alterū.s.sensibilē senario accōmodet numero q a pythagoreis quasi fœcundus coniugiū appellatur. Nam unitate quidē inuisibile cælū terrā sanctā & lucē intelligibilē creatā fuisse asserit. In principio.n.inquit fecit cælum & terrā. Terra.n.erat inuisibilis. Et dixit deus. Fiat lux. In creatione uero mūdi sensibilis solidū cælū creauit. Solidum porro nihil aliud q̄ sensibile est. Terrā similiter uisibilē & lucem uisibilē ꝑduxit. Hinc Plato Idæas & spēs sensibiliū intelligibiles intelligibili mūdo collocauit corpus a terra formatū Moyses asseruit/quod terrenū Plato habitaculū appellauit rōnalē uero aiam Adæ in faciem affirmat. Vnde philosophi i capite itellectiuæ animæ sedem arbitrati sunt. Ad similitudinē āt dei factum hominē cū audiuerūt sequelam illam intellexerunt/de qua scribit alibi Moyses/post dn̄m deū nostrū ambulate/& mandata eius seruate: Sequunt̄ nempe deū oēs qui pie ac sancte ipm colūt/hinc stoici philosophi philosophandi finē cōgruenter naturæ uiuere terminarunt. Plato uero deo per similitudinē inhærere/& omne bonū bono amicē esse atq; simile/& in Timæo iuxta libri finē oportere inquit ut intellecto intelligens secūdum Priscam naturā simile faciat. Cūq; simile factum sit illum sp præ oculis habere finē/qui oibus optimæ uitæ finis a diis ꝑpositus est huncq; finē in præsenti & in futuro tpe sequi/fratres quoq; hoies omnes qm̄ ab uno deo producti sunt. Sed alios quasi ferreos/alios quasi argenteos / alios quasi aureos ait. In theetito aūt cū uerā philosophoꝝ uitā describat nōne christianoꝝ uita superiore quadā uirtute concit⁹ descripsit? Pythagoras uero Socrates & Plato cū se uocem dei audire affirmarent construtionē uniuersoꝝ diuinitus factā atq; gubernatam intelligebant Mosaicā illam uocē exprimētes/& dixit & factū est. Hesiodus uero de creatione Pādoræ dicit/quia Vulcano Iupiter iusserit aquā terræ cōmiscere/& uocē atq; mētē hois limo immittere. Præterea ignē & lucē allegorice deū appellat scriptura. Stoici uero naturā esse dicūt ignem artificiosum uia in generatione gradientē. Epicharmus autē Pythagoreus unde nisi a scriptura didicit nihil clādeo esse & ipm natura oia uidere nihilq; impossibile ipsi eē: Democritus quoq; oia inquit Iupiter cognouit/oia ille dare & oia potest auferre. Rex oium ipse solus est. Iouē eni plerūq; primā cām solet appellare. Sed Pyndarus multo magis mystice tāq̄ pythagoreus unū iquit hoium genus est & ab una matre cūcti. Vnū patrē creatorem summū atq; optimū artificē habemus/qui progressus singulis diuersos secundū merita præbet: Matrē profecto Hylen appellauit: Illud aūt Platonis in epistola ad Eraston & Choriscon oino diuinū/patrem eni & filiū noiat/& p eos pie tanq̄ uniuersi cām iurandū esse asserit/& illud similiter circa regē oium oia esse. Secundo circa secūda. Tertio circa tertia. Quæ oia aut illi diuinitus reuelata sunt/aut quod reliquum est ab hebræis eorūq; scriptura accæpit. Sanctissimā.n.trinitatē illis uerbis significari nō dubito. Tertio.n.spiritū filiū secundo patrē primū ordine posito collocamus. Heraclitus uero ephesius unū mundū sempiternū atq; incorruptibilē opinatur. sp fuisse futurūq; affirmās/alterū corruptibilē & factum diuinitus. Plato rursus in septimo de republica hāc diē nocturnā diē appellat pp huius mūdi forte principes. Somnū āt & mortē uiā aiæ incorpus similiter ut Heraclitus esse cōfirmat/quamobrem utputo spirit⁹ sanctus ore prophetæ de Saluatore nostro his uer-

bis pdixit.Ego dormiui & soporatus sum/surrexi q̃m dñs suscæpit me.Non.n.resurre
ctioné solũmodo deũ excitationéq; a somno/sed descensum ét ei9 in carné somnũ alle
gorice appellauit.Ego uero de dominico ét die in decimo de republica his uerbis uati
cinatũ fuisse Platoné censeo.Cum inquit in prato septé dies singuli affuerũt/tunc surgé
tes hinc oportet in octauo die ipsos pficisci/& quatriduo puenire.Pratũ.n.octuã sphæ
ram tanq̃ amœna sanctoꝝ loca intelligimus.Septé auté dies erraticarũ sphæras/& om
né operosam arté ad finé reqetis festinanté/uia uero inquit quæ ultra erraticas stellas é
ad supremũ cælũ ducit ad motũ uidelicet & dié octauũ/quatriduo uero puenire ait per
quattuor elementa uiam fieri significans:Septimã ét diem non hæbræi solũ/sed oés fe
re tam philosophi quã poetæ sacratiorẽ eé cognouerũt.Antistenes quoq; propheticũ
illud cui me assimulastis dicit dñs cõmutauit/deũq; dixit nulli similé esse.Q uare impos
sibile est inquit ipm agnoscere cuius imaginé nullã habeas.Similia ét Xenophon athe
niensis his uerbis scribit:qui oĩa quatit & oĩa quiescere facit magnus potensq; est quod
oĩbus patet/qualis ãt forma sit nemini patet nisi ipsi soli qui luce sua oĩa perlustrat/quis
eni corporeus deũ uerũ cælesté atq; imortalé oculis cernere põt.Et Xenophanes colo
phonius. V nus inquit deus inter deos atq; hoĩes maximus nec corpore atq; méte mor
talibus similis Cleanthes ét stoicus interrogās me inquit qualis deus sit?Atende igitur
bonus ordinatus iustus sanctus seipsum possidens utilis speciosus oportunus seuerus
liber sp cõmodus ĩtrepidus sine mœstitia sine dolore tutus gloriosus charitas/qué esse
oés cõueniunt mitis acer tardus sine quærela sp manés.Deinde idoloꝝ cultus occulti9
meo quidé iudicio reprobans subiungit.Illiberalis ãt atq; seruuus est qui opinioẽ uulga
ri dicitur quasi bonũ inde quicq̃ cõsecuturus.Noli ergo uulgari opinione deũ collere/
nec maligni luminis figuras honorare.Heraclitus aũt uerbi quod est sp inquit sensum
hoĩes nõ capiunt/nec anteq̃ audiãt/nec cum primo audierint.Hecatæus uero qui uni
uersam historiã collegit cũ de habraã & ægyptiis dicat Sophoclé tragicũ in tragædiis
scripsisse affirmat.V nus uere unus est deus qui cælũ lataq; terrã fundauit/q cæruleam
ponti undã & uẽtoꝝ flatus produxit.Mortales aũt errore seducti ex aere ac lapidibus
auro eboreq; simulachra nocẽtiũ deoꝝ cõstituimus quos sacris solẽnitatibusq; pestife
ris honorantes falsam pietaté amplectimur.Manifestũ unũ principiũ reꝝ locrensis Ti
mæus in libro de naturã his uerbis pdicauit.Vnũ inq̃t principium oĩum reꝝ est ipsum
absq; origine:Nõ.n.erit principiũ si ab alio factũ est/sed illud unde factũ est principiũ
erit.Epicharmus aũt comicus de diuino uerbo apte sic scribit.Diuinũ inquit uerbũ est
quod artes hoĩbus suggerit/docetq; facere quod cõducit.Nõ inuenerũt.n.hoĩes arté/
sed deus hoĩbus eã imisit.V erbũ ãt hoĩum a diuino uerbo defluxit.Cũ auté p Esaiam
spiritus sanctus clamet quid opus mihi é sacrificioꝝ multitudine uestroꝝ dicit dñs /ple
nus sum holocastis agnoꝝ pinguediné & tauroꝝ sanguiné nollo.Et post Pauca:Laua
mini purificateq; uos & eiiciatis iniquitaté ab aĩs uestris cæteraq; huius.Menander co
micus uide quéadmodũ in cœmediã eisdé ferre uerbis a sentẽtia usus est.Si q̃s o Pam
phile taurorũ in sacrificiũ oblata multitudine aut deoꝝ aliorũq; huiuscemodi propitiũ
se habiturũ deũ arbitrat̃:Penitus erat mentis leuitate seductus.Sed oportet iustitiã ser
uare.nõ adulterio neq; uirginũ uti corruptione/nec acus quidé tenue filũ si alienũ est
concupiscere.De9.n.ppe est & oĩa uidet quod illi simile est deus appropinquans ego
sum/& nõ deus de longe.Facietne aliquid hõ in occultis & ego nõ uidebo ipsum? Dei
philus ét comicus nõ aliunde q̃ a scriptura in comœdiã transtulit ea quæ de iudicio di
cit.Tu putas inquit mortuos qui delitiose uixerunt dei iudicium effugisse.Sed est iusti
tiæ oculus qui omnia perspicit.Duo.n.itinera mortuis proposita esse putam9/alteꝝ iu

ſtorum/alteꝝ impioꝝ.Caue igiť ne erres.Nã & apud iferos iudiciũ eſt quod deus dñator oium exercebit/cuius nomẽ terribile quod ego dicere nequeo.Si qs aũt mortalium male agens putat dei oculũ effugere/is impia duciť opione.Cauete q putatis deũ nõ eſſe/eſt.n.inq̃.Si qs autẽ perperam agit tps lucratur/nã poſtea dabit pœnas. In orphicis quoquo ſcriptũ iucitur/cum oẽs deos occultauerit ad lætiſſimam rurſus reſtituet lucẽ. Q uare ſi iuſte ſanctꝗ uiuemus & hic beati & poſtq̃ hinc receſſerimus beatiores futuri ſumus/quã beatitudinem non determinato quodã tpis ſpacio habebimus/ſed in æternũ reqeſcere poterimus una cum cæteris habitantes imortalibus.Idẽ Orpheus cũ iuiſibilem deum affirmauerit/uni ſolũmodo cognitionẽ ſui donaſſe de genere chaldæorum aſſerit:Abraã ut ego puto aut aliquem ex ſuis ſignificans his fere uerbis. Nullus inquit deum nouit niſi qdam unigẽitus a genere chaldæoꝝ defluxus.Deĩde cõmutatis uerbis illud expreſſit.Cælũ mihi eſt ſedes.terra uero ſcabellũ pedum meoꝝ.Deus inqt in cælo aurea in ſede firmus ſedere cognoſciť.Terra uero ſub pedibus eius eſt.Manum aũt ei⁹ dexterã ad fines oceani oſtendit.Montium radices tremiſcunt a uiribus eius reſiſtere nõ poſſunt.Cæleſtis igiť ipſe eſt & in terram oẽm puenit.Ipſe initium oium mediũ atq; finis.Hæc ab illis prophetis effluxerunt:q ſe aperiet cælũ tremor uniuerſa cõpræhendet/& abs te montes liquefient ſicut a facie ignis liqtur cæra.Et qs metitus eſt cælũ palmo? Q uid oportet ſingula ſingulis conferendo longiorem eſſe?Oia quæ apud græcos uel apud barbaros ſiue poetas ſiue philoſophos rectius dicta ſũt/apertiſſime a iudæoꝝ ſcriptura deriuata uidentur.Hæc Clæmens:Nos aũt Platonẽ maxĩe admirantes neq; id ab re diligentiſſime nãq; ſcripturam ſeq uidetur/philoſophiam tñ eius reiiciem⁹ qm̃ puriſſimum ſcripturæ aurũ non oino imaculatũ ſeruauit.Sola.n.diuĩa eloquia ſancta puraq; ſunt longe ab oĩ mendatio remota argentũ purgatum & ꝓbatũ terræ.Platonis aũt cæterorũq; oium dicta ſimul ac ſcripta qm̃ humanis cogitationibus atq; coniectura ad cõſiderandam naturam rerum acceſſerunt/non nihil falſitatis permixtum poſſident.

Virg. Aen. vi. Si quis apud superos furto letatus inani.

Deum nemo cognovit nisi abraham.

Dei nutu tremiscunt oia.

¶Q uod inconſtanter de deo Plato locutus eſt. Cap. VIII.

n Am ſi quis uoluerit amoꝛ atq; odio depoſitis exqſita rõne ueritatem iſpicere mirabilẽ illum philoſophũ ſimulachris quæ manibus hoium facta in uiri ſimilitudinẽ fuerant dei appellationẽ turpiter attribuiſſe cõperiet.Ita poſt ſublimẽ illã theologiã quã patrẽ & creatorẽ uniuerſi unũ deũ eſſe cõſcripſit a cælo in ꝓfundũ idolatriæ delapſus populi athenienſis opionibus ferebať.Nec ueritus eſt Socratem in piræum ad ſoluẽda deæ uota deſcendentẽ laudare/gallum ẽt Aeſculapio ſacrificari ꝓbe iuſſum a Socrate fateri uideť:& delphicũ dæmona paternũ græciæ interpretem appellat & diuinis libenter laudibus ꝓſequiť.Audiui.n.cũ q̃ turpiter uulgarem de diis opinionẽ confirmat dicẽs.Alioꝝ aũt dæmonum generationem cognoſcere ac diceꝛ maius quoddã opus eſt q̃ nos ferre poſſumus.Sed credẽdũ eſt his q iãdiu dixerũt q deoꝝ nepotes ſunt:& ut aiũt clare ꝓgenitores ſuos nouerũt.Non.n.poſſibile eſt deoꝝ filiis icredulos eſſe.Nã &ſi nullam neceſſariam aut uerisimilẽ afferant demonſtrationẽ/tamẽ qa ſua ſe narrare affirmant leges prĩas ſequentes credam⁹ propter hæc & cætera huiuſmodi is philoſophus nobis qm̃ ſecũ ipſe diſſidet relinquẽdus eſt.Nam q poetas poetarũq; fabulas in libris de legibus contẽnit/quiq; mentitũ illum ait q primus fingere auſus fuit ea cælum feciſſe quæ ab Heſiodo ſcribunť cæteraq; huius/quomodo nũc deos & deorum nepotes Saturnum Iouem Iunonem & cæteros appellat.

Plato de dys inconstanter et perperam quoque sensit.

Socrates ad soluenda dee uota descendit in pireum.

Aesculapio Gallinaceus immolatur.

¶Q uod non recte Plato de dæmonibus ſenſit. Cap. IX.

a D hæc cũ mediam rationaliũ naturam non abſq; ortis ſed genitam ſcriptura prædicet/ex qua ꝓlapſum genus dæmonũ eſſe confirmet/atq; ideo nullo mõ

Daemones qui sdm hebreos.

angelorum aut dæmonum aliquē deum appellet/quoniam nec natura immutabiles sunt/ nec a se ipsis/sed a prima cā tam esse q̄ bone esse imortalitatēq; consequant̄.Plato icorporeas quidē has intellectuales substantias & rōnales similiter asserit.Sed primū non recte nō genitas tā ipsas q̄ oēm aiam opinatur:deīde quasi natura defluxisse a prima cā:& ita cō stitutas eē contendit.Non.n.oīno a nō ente simpliciter factas arbitrat̄.Quar̄ plurimorum deorum genus quasi defluxus quosdā ac emanatiōes primæ causæ & secundæ ut ipse dicit nobis proponit hos natura bonos esse/nec posse a propria uirtute labi/ac ꝑpterea deos esse affirmat.Genus aūt dæmonū aliud quoddā facit quod oīs nequitiæ ac in peiora mutationis capax eē dicit.Horum alios bonos alios prauos & eē & appellari/hæc a scriptura iudæorum.i.a ueritate ipsa alienissima sunt.Sed unde sibi hoc genus dæmonū cōstitutum est? Nemo.n.mentis cōpos a corporali materia quæ irrationalis est rōnalem naturam dæmonū unq̄ constituet.Quod si ēt ipi emanationes quædā superioris naturæ sunt/unde igitur nequitia in his posterioribus/quæ a primis emanarūt nata est? Quo aūt amaritudo a dulcedione ꝓcessit? Nā si praui dæmones oēs tenebras & oēm amaritudinē malignitate superarunt/quō ex defluxu melioris naturæ ortum habuerūt? Ex qua si emanassent non mutari ꝓfecto ad peiora potuissent.Si uero mutati sunt non emanarunt certe ab impassibili natura.Quod si neq; a supiore natura defluxu quodā emanasse ipsos rōne confiteri cogimur/nec a corporum materia ꝓductos seqtur nō genitos eē/& sic ad corporum naturā non genitā tertiā quandā naturā absq; ortu cum deo uniuersi collocare uidetur.Ita non erit sibi deus creator ac prīncipium.Sed de his satis dictum est.

¶Quod non recte in omnibus Plato sensit. Cap. X.

Nunc de anima quid sentiat uideamus.Iā igitur cū immortalem hebræis similiter scripserit/ac ad dei similitudinē formatā putauerit/substantiā eius tn̄ ex indiuisibili constare contendit.Dicit.n.in Timæo gn̄atione atq; uirtute priorem corpore quasi dominā aiam esse productam hoc modo.Ex indiuisibili substantia inquit quæ semp eodem modo se habet & diuisibili tertiā quādam substantiā inter hæc extrema constituit/& quod multo peius est diuinam illam icorporeā rōnalem deoq; similem aiam ad asinos lupos formicas apes cæterasq; bestias descendere asserit / & huic opinioni absq; demōstratione aliqua cæteros adhærere hortat̄.Vsq; adeo inquit in libro de anima errāt/quousq; cupiditate corporis rursus corpori copulent̄.Talibus aūt copulant̄ quales mores prius in hac uita comprobarunt.Nā quæ uentri atq; turpitudini deditæ fuerāt asinorū & similium bestiarum corpora ingrediūtur/quæ rapaces atq; tyrānicæ luporum atq; accipitrum corpora ingrediunt̄/quæ populares fuerant & uulgarem modestiā atq; iustitiā consuetudine cōi non philosophia & mente approbarunt uel formicarum uel etiam hoīum rursus accipiūt corpora.Et in phædro ad idem inqt. Vnde singulæ animæ uenerunt ad decē usq; annorum milia non reuertunt̄.Non.n. allatæ pennatæq; fiunt ante hoc tempus nisi sedulo philosophatæ fuerint/aut cum philosophia puerorum indulserint amoribus.Istæ autē ter deinceps si hāc uitā elegerit post mille annos circūuoluunt̄/& sic allatæ atq; pennatæ in tribus annorum milibus tandē perueniunt/aliæ uero post hanc uitā exierint aut sub terra dānatæ puniunt̄/aut in cæli aliquē locum leuatæ congruuenter huic uitæ conuersantur/& post mille annos ad quācūq; uitam elegerint utræq; reuertuntur.Descendūt enim ēt in bestiarum corpora: & ex iis alia periodo rursus corpora hominum ingrediuntur.In libris autem de republica ab Orphei dicitur anima cygni uitā muliebris odio generis quoniam a fœminis occisus nolebat fœmineum rursus uterum intrare electam fuisse.Sed cygnus ait humanam uitam elegit.Hæc cæteraq; huiusmodi scribens nō hebræos/sed ægyptios in hoc

fuit secutus/quod certe nō fecisset si ueritatis esset amicus/quā falsitatē nō grauaremur refutare si ratiōe aliqua niteretur. Nunc uero quoniā ipse sibi diffidet relinquat. Nā ut alibi ostēdimus impias aīas apud iferos æternaliter puniri scribit. Et ex his quæ modo diximus ex sentētia sua corpus eligere asserit. Pias autē in sempiterna in insulas beatoꝝ ꝑfectas fœliciter uiuere in aliis & in gorgia scripsit. Quomodo igit̄ i corpora redeūt? Sed hoc quoniā manifeste falsū contēnendū potius est quā refutādū. Illa uero sua opinio qua rationalē animā ex diuina & ex passiua quadā atq; irrationali cōpositā esse arbitratur/a multis etiā platonicis spreta neglectaq; est. Seuerus enim Platonicus in libro de anima his uerbis hanc positionē Platonis aggreditur. Si ex passibili atq; impassibili substantia diuinitus anima cōstituta est/quasi ex albo & nigro medius quidam color/ necesse est tempore disseparatis extremis eam penitus dissolui. Quare non immortalis sed mortalis anima erit/cōceditur enim quæcūq; natura sine contrario non sunt spacio tandem temporis disseparari. Si ergo anima quoq; ex impassibili atq; passibili substātia facta est/necesse est quemadmodum siccum ab humido/ calidum a frigido/leue a graui/dulce ab amaro/album a nigro: Sic & ipsam tpe distrahi soluta cōtrarioꝝ cōpagine/cū unū quodq; ad naturā suā necessario tēdat. An nō uidemus quod graue est q̄uis a leuiore uictum eleuetur/deferri tñ & ascēdendi tarditatem atq; difficultatem leuiori coniunctione afferri sua? Ac similiter leue q̄uis deferri cogatur ad superiora tamē niti? Quæcūq;.n.a duobus cōtrariis coniūcta sunt īpossibile est eodē modo sp manere. Sed nō est certe aīa nec hæc duobus cōtrariis cōposita/sed simplex natura atq; icorporea. Vnde Plato recte īmortalē eā putauit. Verum qm̄ ex aīa & corpe constare hoīem ab oībus dicitur/ac passiōes quæ nobis sponte/cōtraq; accidunt aīæ passiones esse dicūtur. Hoc signo multi seducti ꝑpassibilē substantiā eius corporalē mortalēq; opinati sūt. Plato uero īꝑpassibilē eius naturæ ꝑpassibilē substantiā annectere coactus est. Quod āt aliter se res habet a uirtutibus ipsius aīæ actiuis conabor ostēdere. Hæc de aīa sufficiāt.

Anima scdm platonem composita ex diuina atq; ex passiua & irrationali nā — Seuerus platonicus. — Anima scdm platonem mortalis. — Anima simplex & immortalis.

¶ Quod nō recte de cælo Plato sensit. Cap. XI.

De cælo uero ac stellis q̄uis a patre omnium hebræis similiter ꝑductas asserat quasi deos/tñ cælestes cunctas colendas consulit/sic in epimenide dicens Cælum inquit sicut omnes alios dæmōes atq; deos honorare oportet/& nota ipsi apprime facere. Et post pauca deos uisibiles maximos colēdissimos perspicacissimos ac omnino primos stellarū naturam dicendū est/deinde dæmones colendi sunt. Quo modo aūt si hæc oīa facta sunt ut ipse alibi testatur sicut in superioribus diximus deoꝝ cultu honoranda sunt? cum ille solus creator omnium secundū ueritatē scripturæq; auctoritatē colēdus sit? Hæc ꝑstringere placuit ut uideas q̄ rectissime a nobis hebræorū scriptura Platonica philosophia ꝓpositā esse. Ex his aūt quæ nos scripsimus facile unusquisq; cætera comperiet quæ tetigimus nō ut Platonē accusemus quē sumopc admiramur sed ut ostēdamus q̄to ipse distat a Mosaica & ꝓphetica ueritate. Nā si qs accusare uellet multa certe in eo iuenir̄ posset q̄lia sūt q̄ de mulierib9 i libris de republica scrpsit.

Cęlum ꝓ deo.

¶ Quæ de mulieribus sensit Plato. Cap. XII.

Quorum nonnulla referre alienum nō est. Forsan inquit si quid præter consuetudinem dixero ridiculū tibi uidetur. Quid.n.inuisitatius q̄ mulieres in gymnasiis nudas nec solum iuuenes sed ēt anus cum uiris luctantes uidere? Et subiungit. Si quis autē irridebit quoniā gratia uirtutis unde mulieres exerceant̄/is q̄ utilis sit res ista non intelligit. Similia & in septimo de legibus ꝑcipit. Lex.n.in ea inquit quæcūq; masculis tribuit eadē ēt mulieribus exercitia tribuit: Nec unq̄ ipse dixerim eqtare armaq; mouere ita uiroꝝ esse ut a mulieribus aliena sint. Hæc longe remota a uera he-

Mulieres in palestra nudas exercendas

bræorum disciplina quis non uiderit? Non.n.non dico mulierum/sed nec uirorum quidē uiribus absq; nutu diuino pclarissimæ res geruntur. Nisi.n.deus inquit ædificauerit domū in uanū laborauerunt q ædificāt eā. Nisi dn̄s custodierit ciuitatē/frustra uigilat q custodit eam. Mirabilis aūt ille philosophus in gymnica mulieres certamina deducere nō ueretur. Mulieres inquit adolescentulæ nudæ cursu & equis certent. Quæ uero quartūdecimū annum excesserunt amictu cōuenienti uestitæ in certamine rursus descendant/in aliis quoq; certaminibus q̄ ad uiros spectant/ut in luctatione & iactu lapidū in arcu & funda & similibus nō uiros solū/sed ēt mulieres adhibere pcipit. In solēnitatibus ēt nudas in sexto de legibus adolescētulas cū nudis iuuenibus tripudiis salliri iussit. His illa q̄ in libris de republica de cōitate mulierum dicta sunt addenda mihi uidentur. Lex inqt ponēda est ut mulieres uiris oībus cōes sint/nullaq; cum uno solūmodo habitare possit/hoc enim modo filii quoq; cōes putabuntur/nec pater filium suū/nec filius prēm cognoscet. Et post pauca non tn̄ qbusuis mulieres cōiter subiicimus/sed potestati principiū totam rem committendā arbitramur/ut queādmodum pecunias publicas digne distribuunt/sic mulieres quoq; fortibus uiris & utriusq; dignitate tribuant. Multa huiuscemodi sunt apud eum/immo multo etiā turpiora quæ negligenda potius q̄ scribēda diximus. Sed ut quantum distet mens humana q̄uis præcipui philosophi a mente mosaica quæ diuinitus docebatur apertius uideas leges Platonis de cæde cum mosaicis conferas.

¶ Leges aliquæ Platonis. Cap. XIII.

Quodcūq; inqt deus de furto & de fure dixerit/id diligēter ciuitas oraculum dei secuta faciat. Et si qdem liber aliqs iudiciū fecerit gloriā uirtutis assequatur. Si uero sciens non dixerit infamis esto. Seruus si qd idixerit publice dn̄o eius pecunia referatur/ipse aūt liber sit. Si uero sciuerit & obticuerit morte supplicium luat. Morte crudelissime iudicio qdē meo non indicentē puniri præcipit/cū eos q furta homicidiaq; commiserūt uiuere patiatur/ac a dn̄o interfici seruū p nihilo putet. Purgetur inqt si quis seruū suum occiderit: Si uero ira concitatus alienū obtrūcauerit duplum dn̄o reddat. Si quis aūt liberum hoīem non præmeditatione atq; insidiis/sed repente ira cōmotus interemerit/cū ea fecerit quæ illi faciunda sunt qui absq; ira occiderit/duobus ad domādā iram exulet annis/qui uero insidiis hoiem excæpit hic & alia similiter faciat & exulet non duobus sed tribus annis/q si post exilium rursus hoiem interfecerit ppetuo exulet. Parētes si filiū uel filiā interfecerint tribus exulent annis/cūq; redierint conuersari iure simul non pmittantur. Vir aūt si uxorem aut econuerso necauerit triēnio similiter exulet/cūq; redierit cum liberis suis non cōuersetur. Frater si fratrē/aut soror si sororē similiter. Quod si frater in defensione principis fratrē quasi hostem interfecerit mundus sit/similiter quæcūq; aliquis se ipsum defendēdo trucidauerit mundus sit/præter quā si seruus p defensione sua liberum interfecerit de quo ea statuimus quæ de paricida qui parentes. s.interfecerit dicta sunt. Hæc si mosaicis conferas humana uidebuntur ad diuina conferri. Si qs inqt pcusserit sponte hominē/& pcussus decesserit morte moriatur. Sin uero nō sponte pcusserit loca dabo quo fugiendum est. Si quis dolo atq; insidiis hoiem iterfecerit ēt ab altari si illo refugerit ad mortē rapiatur. Qui patrē aut matrem uerberat moriatur. Si quis in iurgio lapide aut pugno percusserit hoiem si homo nō morietur damnū & medicamenta restituet qui pcussit. Si seruus aut serua in manibus dn̄i dum ab eo uerberetur interierit ultione dn̄s uindicabitur/si uero diem unū uel duos superuixerit non uindicabitur/argentum.n.eius est. Si quis serui aut seruæ oculū eruerit libertatē ei p oculo dabit. Hæc Moyses. Illa ēt non est ab re audire/quæ de rebus minimis ihumaniter Plato sancit. Si quis inquit ficus aut uuam absq; cōsensu patroni accæperit qm̄ quæ sua non sunt

Puellarum chori. Uxores plato communes ēe iussit.

accæpit damnet᷑.Quod si seruus quispiā fecerit p singulas ficus atq; racemos æqualia numero uulnera patiat᷑.Hæc certe magnifica mente Platonis digna non sūt. Sed audi modo uicissim atq; cognosce quā humanissime atq; diuine Moyses.Si introiueris inqt in uineā ꝓximi comedes uuam & implebis aīam tuā.nihil aūt exportabis/& rursus si in messem ꝓximi tui ueneris non imittas falcē/sed spicas in manibus tuis colligas/si meten do manipulū oblitus fueris in agro nō reuerteris ad accipiendū/inopi relinquas ut benedicat tibi dn̄s deus tuus.In uidemia nō reuerteris ad uidemiādū iteꝝ.Inopi erit si qd relictū est.Innumerabilia in Platone sunt quæ reprȩhēdi pn̄t/sed ea quæ dicta sūt satis multa cē opinor ad oñdendū iure nobis iudaica Platonis anteferri.

Eusebii Pamphilii Liber quartusdecimus incipit.

Nunc aliorum quoq; philosophorum sectas immo uero nugas compendiose ponamus/quorum errores nō a me ipso/sed cōtradictiōe & pugna inter eos mirabili cognosces/quos qn̄ inter se aut cum aliis comparo non facile negauerim illos claros fuisse uiros.Quando uero hebræorum theologis atq; philosophis comparo & doctrinam doctrinæ illorum cōfero/caduca & friuola omnia quæ philosophi excogitarunt mihi uidentur nec mirum. Illa diuinitus edita sunt/ hæc humanitus.

Quod oēs īter se philosophi repugnāt cōtra quod nr̄i oēs cōcordāt. Cap.I.

Ideo ut nō simus accusandi si græcorum doctrinam despicimus & hebræorū scripturam amplectimur.Nam operæprecium est ad hanc præparationē euāgelicam diuersas atq; inter se cōtrarias multarum in philosophia hæresum opiniones uidere ipsosque philosophos uerbis ambitiose sibi ipsis pugnantes . Plato enim ille omnes qui ante ipsum fuerunt reprȩhendere acriter solebat.Platonē deinde ac Platonicos alii increparunt/& ipsi peripateticos persecuti sunt/& peripatetici rursus eos nihil scire nihilque dicere putabant.Stoici ab aliis deridentur & ipsi cæteris illudere non uerentur.Ita ut iam nō lingua & calamo solum uerum etiā manibus prœlium geratur. His Pyrronem Aristippum Metrodorum Protagorā Xenophanem Permenidemq; addemus/nec uoluptatis defensorem Epicurum prætermittam9/hos oēs ita redarguemus ut alterius armis in alterū utamur.Sic.n.inutilis esse disciplina ipsorum ac luce clarius uidebitur/nō dico hæc quia græcos odio habeam/aut quia eloquētiam eorum cōtemnam.Sed quia falso accusari repreprȩhēdiq; me uideo/quod falsam ac fabulosam hebræorum scripturam elegimus:Quomodo.n.falsa est hebræorum doctrina qui ab initio humanæ uitæ ueram philosophiam & pietatem & inuenerūt & in temeratam cōseruauerunt/qui nihil unq̄ addiderunt aut detraxerunt his quæ summi uiri scriptis ediderunt.Principio.n.sapientissimus ille Moyses quem omnibus græcis multo antiquiorem in superioribus demonstrauimus nihil oīno ex his mutauit/quæ sincera suoꝝ maiorum theologia tradidit/præter q̄ quod uiuēdi disciplinam temporibus atq; hoibus illis congruam diuinitus sanxit/& qui multis sæculis post eū uixerūt prophete / nec unicum quidem uerbum aut mosaicæ legi aut theologiæ priscorū a Moyse conscriptæ incongruens minusq; consentaneum dixisse inueniuntur.Christiana quoq; ueritas a scriptura iudæorum profecta ita ei congruit si recte intelligitur/ut nulla repugnantia excogitari possit.Talia igitur nostra sunt una sn̄ia una uoce a primis qui ante Moysem fue-

runt/a mediis q̄ fuerunt a Moyse usq; ad Christū rutilarūt/a nouissimis discipulis dico christi q̄ uerā pietatem.i.Saluatoris nr̄i doctrinā uirtute ac gr̄a ipsius cōnixi in lucē edi derunt/prædicant̄ ac cōfirmant̄. Vniuersumq; orbē magis indies florētem fide cōspi cimus/nec imꝑatoꝝ edicta/nec hostiū isidiæ/nec inimicorū gladii præualere potuerūt. Gentiū uero præclara illa philosophia quē unq̄ fructū ꝓduxit? Nā queadmodū q̄ ante Platonē fuerūt ab ipso derideant̄ mox ipsius Platonis uerbis audies. Protagoram enim Heraclitū Empedoclem & parmenidē iccirco redarguit/q̄a dissentiētes iter se māifeste uident̄/quis Protagoras oīno impius qui nullum eē deum opiatus est. Sic.n.i libro de diis edito ab eo stati icæpit. Nescio iquit si dii sint/nec quali forma sint cognoscere pos sum Democritus uero qui Protagorā docuit pricipia reꝝ inane ac plenū eē dicebat/ple nū ens & solidū uocabat/Inane uero ac uacuū nō ens/asseritq; nō magis ip̄m ens esse q̄ non ens. Ab æterno.n.iquit in uacuo cōtinue atq; uelociter entia mouent̄. Heraclit⁹ue ro pricipia reꝝ ignē putauit/ex quo uniuersa fieri/& in quem resolui uicissim arbitratus est/tp̄sq; resolutiōis oīum in ignem determinatū esse ait/& gñationis ex eo similiter. Hi oēs cūcta moueri asseruerūt. Parmenides aūt eleata unū esse uniuersum affirmat nō ge nitum neq; mobile/pilæ quoq; figura conglobatum. Hunc Mellissus audiuit/ac eum i oībus seqtur. De q̄bus oībus hæc Plato in theeteto cōscripsit. Ex differētia inq̄t ex mo tu & ex mixtura ad iuicem oīa fiunt quæ esse dicimus nō recte appellantes. Nunq̄.n.ali q̄d est/sed sp̄ fit/& de hoc oēs philosophi p̄ter Parmenidē couenīunt. Protagoras dico Heraclit⁹Empedocles & utriusq; poeseos sūmi poetæ comœdiæ q̄dē Epicharm⁹Ho merus aūt tragœdiæ/q cū oceanū gñationē dicat deoꝝ oīa fluxu atq; motu ꝓducta esse uoluit. Et paulo post heraclitii ait qui in ephesō ioniaq; philosophari uident̄ nullo mo do curāt quiete aliq̄t iterrogare ac r̄ndere/& si quid ab eis quæsiueris enigmata quæ dā uerba quasi sagittas ex arcu ꝓiciūt/quoꝝ si rōnē quādā aut significationē quæsiueris alio ꝑcutieris enigmate/nec quicq̄ cum eis efficere poteris. Quippe nec ipsi secū firmi unq̄ aliquid dicūt. Immo id apprime studere uident̄/ne quid certi aut i uerbis aut in aīs eoꝝ insit/& subiicit. Ab istis igit̄ nihil unq̄ discemus/sed ipsi nos cōsideremus/quod ab antiquioribus accæpimus occultius ab illis ac poeticæ dictū quod ocean⁹ & fluxus ge neratio reꝝ est/quia nulla res ꝓrsus stet atq; quiescat/quod posteriores aptius adeo di xerunt/ut iam ēt coriarii fabriq; oēs recte se tenere philosophiā putēt/liberatiq; ab erro re uideant̄ quia falsum esse cognoscāt alias reꝝ quiescere alias moueri. Omnia.n.moue ri a præclaris illis philosophis didicerūt/quos magnis laudibus ꝓsequunt̄. Fere aūt ob litus sum o Theodore illoꝝ qui uniuersum imobile esse contendunt. Mellissus enim & Parmenides & quicūq; eos sequunt̄ spernentes illō stare oīa quiescereq; affirmāt. Ip̄m enim inquiunt uniuersum nō h̄et locū in se ipso quo moueat̄. Quid igitur nos i medio istoꝝ itercæpti o amice dicemus? nisi magno aīo defensi effugiemus queadmodū in pa læstra nōnulli itercæpti alii ab aliis simul tracti pereūt. Sic nos in contraria isti trahētes penitus lacerabunt: Hæc in Theeteto. Sed uideamus rursum quæ de prioribus philo sophis in sophista scripsit. Facilia quædā Parmenides inquit locutus est. Et quicunq; de prioribus iudicare de entibus quot & quæ sint uoluerūt fabulā quandā quasi pueris no bis narrare mihi uident̄. Alius.n.tria entia dicit eē/& modo iter se pugnare/modo alte rum ab altero fieri coniunctiones quoq; partus & educatiōes quasi filioꝝ cōfingit. Ali⁹ duo faciens humidū uidelicet atq; siccum aut calidum & frigidū i unū copulat & ꝓdu cit. Genus aūt eleaticum a Xenophane & ante ipsum icipiens oīa unū esse affirmat. Ia des uero q̄dam musæq; sicelides coniungēdum ita putarūt/ut dicerēt ens & unum & multa eē/sed amicitia & inimicitia differre. Distractū.n.ens semp aiunt ferri per conten

tionem illi qui intensiores musas coluerunt. Remissiores uero sic semp se habere negarunt: Sed modo qdem unum esse aiunt uniuersum ex uirtute Veneris amicũ sibi atque conueniẽs/modo autẽ multa cum ipsum sibi ipsi ꝓpter contentionẽ repugnet. Et post pauca: Quidam autẽ iquit sunt iter quos gigantum bellum assiduum gerit. Alii.n. qcquid manibus compræhẽditur tãctuq; sentitur/id solũ esse contendũt corpus atq; substantiam idẽ oĩno esse affirmantes. Alii eis illudunt q separatas a corpore substantias eẽ asserunt. Dicunt.n.qdam itelligibiles atq; icorporeas spẽs ueram esse substantiam. His aliisq; huiusmodi uerbis oẽs q ante ipsum fuerunt Plato deridet. Qualẽ.n.ipse de reb9 opionem habuit in superioribus explanauimus cum a iudaica ipsum scriptura accæpisse plurima probaremus. Sed successores etiam eius in medium adducamus.

¶De successione Platonica. Cap. II.

Platonem igitur ferũt in academia primũ docuisse/ac ideo & academiã philosophiã uocitatam fuisse. Post illũ uero Speusippum ex sorore nepotẽ Platonis/deide Xenocratẽ Polemona docẽdi uices suscæpisse/q post mortẽ Platonis nouis opionibus ilico academiã replerunt. Ita sincera Platonis doctria una cũ eo extĩcta: Cõtẽtiões nãq; ac pugne post eũ iter philosophos coortæ usq; ad hodiernũ diẽ maxiope uigẽt. Paucissimi.n.imo uero duo uel ad sũmũ tres i tãto spacio tp̃is ueri Platonici sũt repti: Nec tñ ẽt ipsi ab adũbrata cauillatione oĩno alieni. Polemoni Arcesilaũ aiũt successisse/q ferẽ Platonicã oĩno philosophiã cõmutasse nouãq; quãdã constituisse/qm̃ nihil cõpræhẽsibile sit. & in utrãq; partẽ rõnes æqualium sint uiriũ/sensus quoq; fallaces eẽ/rõnemq; nullam omnino firmam fieri. Vnde illud hesiodicum.

Mens cælata latet homines haud cognita cuiq;:
Atq; ipsam secum dii detinuere latentem.

Summis laudibus efferebat. Post Arcesilaum aũt Carneades atq; Clythomachus priorum philosophia contẽpta tertiam iſtituerũt Academiam: Quartam Philon & Acharmidas: Quintam quoq; nonnulli dicunt Antiochum iduxisse/hi qdem successores platonis fuerunt quorum philosophia qualisnam fuerit si qs discere gliscit. Numenium audiat/qui in libro de dissensione academicoꝝ a platone hæc scripsit: Speusipp9 inquit platonem: Xenocrates Speusippũ: Polemon Xenocratem in academia secutus est/qui in omnibus fere mores platonis & dogmata permutabant. Præterq̃ ꝙ hæc nobilis icompræhensibilitas nondum illos iuaserat. Ita statim post illum aut ignorantia aut alia quadam de causa platonis philosophiam contempserunt. Nolo enim amor Xenocratis id dicere imo uero platonis gratia dicam/Doleo namq; quia philosophiam & uitam platonis imitati non sunt. Nam & si non erat melior magno illo pythagora forsan tamẽ ẽt peior non fuerat/quem qdem pythagoram discipuli eius diligenter secuti maiorem doctori suo accumularunt honorem/quam rem quãuis utinam non fecissent studiosissime imitati epicurei sunt/qui cum sapientem putarint epicurum fuisse multis post eum temporibus nihil penitus aut illi aut alter alteri contrarium dixerunt/sed impietatis crimine inquinatus uidetur/qui noue aliqd dicere audeat. Ita magna quædam inter eos cõcordia est/similisq; est epicuri secta disciplĩæ ciuili: Quippe cum sine seditione summo consensu sic agatur ut unam mentem unãq; sententiam habeat: Itaq; firmiter atq; concorditer Epicurum defendunt/ut etiam in posterum secuturi uideãtur. Stoica uero statim ab ipsis principiis factionibus plena nondum quieuerunt: Suntq; iter eos a deo diuisi ut alii magis alii minus se stoicos esse fateantur. Plato autem pythagoricus certe fuit/nec ignorabat Socratem tres deos posuisse imitatione pythagoræ quod & ipse secutus eo modo cõscripsit ut necessitate nec clare dixerit/sed inter manifestum atq; occul-

tum sniam suam cælauerit/non inuidia quadam neq; maliuolentia sed reꝝ dignitate cō motus. Hoc igitur considerantes separare ipsum oino debemus ad Aristotele atq; Zenone/& quē academia sua diuisa est a b ea quoq; ipsum distinguimus/ac ipsum i seipo considerantes Pythagoreū appellamus. Sed nunc furiosissime & huc & illuc & tot9 & p singula mēbra trahitur uir iter Pythagorā & Socratem medius. Sublimitatē nāq; illā Pythagoræ ad humanitatē deduxit. Humile uero atq; deiectum. Socratis ad grauitatem reduxit/ac ita Pythagora popularior atq; cōior: Socrate uero grauior uisus est. Sed redeamus illo unde nobis defluxit orō. Polemona igitur Arcesilaus & Zenon audiuerunt/q̄uis Zenon anteq̄ Polemo doceret Xenocratis ēt fuerat auditor q ēt cratetem cynicum in nōnullis imitatus est. Sed Stilponem quoq; & heraclitios est secutus. Nā cū Zeno & Arcesilaus Polemona simul audirent disputandi ambitiōe cōcitati quotidie pugnabant. Ita Zeno Heracliti Stilponis & Cratetis auxilio nixus isignis pugnator a Stilpone factus & austerus ab Heraclito/Cynicus a Cratete/Arcesila9 uero Crātora platonicū & diodoꝝ & Pyrrona in subsidiis tenuit/& Crantor qdem credibilē ei9 effecit orōnem: Diodorus uero sophisticā: Pyrro aūt mutabilem eum fecit & transfugā & oino nihil. Vnde dicebatur de ipso ꝙ ex anterioribus esset Plato/ex posteriorib9 Pyrro/ex mediis Diodorus. Hic subtilitatibus Diodori q acutus dialectic9 erat & pyrronis rōcinationibus platonicā eloquentiam fœdauit & mō hoc modo aliud dicēs/ hic illo & illinc huc facile tanq̄ nihil sciens uoluebatur. Scire tū multa eloquentiæ umbra uidebat̄/nec unq̄ fuit in eo ut unū & idem bis diceret/nec putabat igeniosi esse uiri in eisdem pmanere. Cauillator igit̄ summus uocabat̄/cum ita se his quæ dicebant̄ dare adaptareq; sp fuerit p̄meditatus: Vt cum ipse nihil sciret nec alios scire quicq̄ pateret̄. Terebat.n.oēs turbabatq; sophismatibus gaudebatq; ac gloriabat̄ fœditate illa mirifice/ qa nihil turpe nihil honestū nihil bonum nihil malū cognosceret. Sed si qd prio turpe dixerat repēte cōmutatus pluribus conabatur rōnibus quæ prius astruxerat confutare. Erat igit̄ hydra capita sua ꝓprio ense amputans/nec aliquid hēns utile nisi quod libēter & audiret̄ & uideretur. Nam & facie beigna & ore rotūdo & suauibus erat oculis p̄ditus/quæ non repente arripuit/sed aptus ad hæc natura exercitatione quoq; ab initio firmauit. Audiuit.n.puer Theophrastū mitem uiꝝ nec a cupidine alienum qm̄ formosissimus erat. Ipse postea crantori fuit amat9. & Diodori cauillatoria naturæ commoditate breuissime secutus: Pyrronē quoq; fuit imitatus/in cuius sententia q̄uis pyrronicus appellatus non sit pmāsisse uidet̄: Apte nāq; Mnaseas Philomelus & Timon sceptici suū ipsum.i.scepticum fuisse affirmant. Veꝝ.n.& falsum & uerisimile ipse quoque ut illi destruebat. pyrronicus igit̄ re non noīe fuit/sed Crantoris pudore a quo amabatur noie non re academicus erat. Magna igitur pugna iter Arcesilaum atq; Zenonem fuit/& alter in alterū & dicendo & scribendo impudenter ferebantur/q̄uis Zeno non melius faceret q̄ Cophisiodorus orator qui cum grauiter ferret Isocratem quē audiebat ab Aristotele premi dicebat scribebatq; non in Aristotelem quidem ut putabat/ sed i Platonē a quo alienus non erat. Nā cum Aristotelem nullo modo itelligeret/putaret autē quoniam platonem Aristoteles audiuerat platonicū illum eē/bellum qdem idixerat Aristoteli: Platonem uero & eius dogmata/quæ tamē nesciebat reprobare cōabatur/putans non platonis dogmata/sed Aristotelis refutare. Ita magnus ille orator nō eum percutiebat cui bellum idixerat sed eū quo cum pacē hēbat. Sic igit̄ & Zeno Arcesilao pugnās Platonē lacerabat. Non.n.erat forsan nescius eoꝝ quæ Arcesilaus dicebat: Platonica uero penitus ignorabat ut a libris suis manifeste colligit̄. Ita quē non debebat impruдēter exagitabat/& quē debebat minime tāgebat/& certe si platōica nō oppugnasset dogma

Plato medius inter pythagoram et Socratem.

Zeno polemonis auditor.

Arcesilas polemonis auditor

Diodorus acutus dialecticus.

Arcesilas in utranque partem disputabat.

Theophrastus ad amores puerorum pronior.

Arcesilas scepticus non academicus.

Cephisiodorus orator Isocratis auditor.

Aristoteles Isocratem premebat.

Zeno Platonem lacerabat imprudens.

ta bonus meo iudicio fuisset philosophus. Sed de hac re latius si ocium erit/ utinã autẽ nunq̃ mihi tantum sit ociũ ut ad hmõi res nõ ioco sed serio reuertar. Studebat igiť Zeno Arcesilai oĩa dicta refutare/ ac maxĩe incõpræhensibilitatem q̃buscũq; poterat argumentis aggrediebať/ quorũ Arcesilaus alia depellebat alia succidebat alia supplantabat. Ita contra dicentes deiiciebat & auditores in stuporem uertebat facile putantes nõ uerbũ non opam non passionẽ non q̃cq̃ aliud eẽ magnũ aut paruum nisi q̃ pitanæo Arcesilao uidereť. Illi uero nil ꝓrsus uidebatur ne affirmabat quicq̃ sed uerbis solũmõ ꝓnunciando terebat. Lacydes aũt q̃ Arcesilao successit œconomicus appellatus est/ qa rei familiaris magnã curã hẽbat/ manibus cũcta ꝓpriis negocia sua gerebat nõ pauptate oppressus nec seruis indigẽs/ sed qa imo uero cãm unusq̃sq; p se ipsum excogitet. Ego uero illud suauitatis gr̃a breuiter ꝑstringam/ quo maxĩo argumento usus nihil penitus ab hoĩbus compræhẽdi posse putauit. Solebat semp in seruoꝝ absentia penu claudere/ clauemq; in loculo depositã obsignare/ anulũq; quo diligẽter signauerat subtili filo ligatũ p paruulũ quodã ianuæ foramẽ ĩtro iniicere. Cum aũt sibi aperiendũ erat retractum p filum anulo clauiq; resignata/ ac rursus simili mõ & claudebat & apiebat. Quã rem cũ astutia seruoꝝ pcæpisset absente Lacyde apientes clãculum uniuersum penu prout animus eoꝝ ferebat consumabãt exportabant fundebãt. Lacydes aũt cũ & signacula quæ fecerat ĩtegra iueniret & anulum ut dimiserat/ penu aũt mãifeste diminutũ/ putauit hoc illud eẽ quod apud Arcesilaum de incõpræhensibilitate reꝝ quod nihil uideř nihil audire nihil deniq; ĩtelligere sincere ac uere possumus/ audiuit disputari malitia quoq; seruorũ nihil uere cerni scireq; posse ab ipso se audisse affirmabat. Quare confusus non academicã sed stoicam apud seruos disciplinã ꝓfitebatur. Illi uero academicam incõpræhẽsibilitatẽ ueram esse contendebãt. Ita coactus Lacydes aliter inq̃t in scholis disputamꝰ/ aliter domi uiuimus disputatiõibusq; ac schola neglectis domũ sedẽs obseruabat. Hæc de Lacyde dicta sufficiant. Hũc audiuere q̃dẽ multi/ sed p̃cipuus oĩum atq; insignis Cyrenæus fuit Aristippus. Successit aũt ipsi Euãder post quẽ Carneades academici factus princeps gymnasii tertiã constituit academiã. Is Arcesilai morem in disputãdo secutus est. Nam ad utrãq; ptem ita dicebat/ ut oĩa quæ aliis afferebanť refutaret/ incõpræhensibilitatem tñ Arcesilai non probauit. Non. n. esse p̃ssibile dicebat hoĩem ita in oĩbꝰ se retinere/ ut nihil affirmet/ esseq; non paruam differentiã inter incertũ & incomp̃hẽsibile/ & cuncta q̃dem incompræhensibilia esse sed non incerta: Is stoicaꝝ quoq; rõnum non ignarus ambitione magis q̃ ueritatis amore stoicã philosophiã persequebatur: De quo Numenius hæc scripsit: Carneades inq̃t pugnãdi morẽ Arcesilai renouauit oĩbus contradicens/ & huc atq; illuc nunc affirmãdo nunc negãdo uolubilitate or̃onis oĩa distrahens/ cunq; rẽ nactus esset grauiorem ut maximus atq; uehemens amnis fluxu orationis atq; uorticibus contra dicentes obruebat. Ita cæteros quidem nonnunq̃ ui argumẽtorũ seducebat/ ipse uero se ipsum quod in Arcesilao non erat recte intelligebat: Quippe multo prius ille se ip̃m q̃ auditores decipiebat. Carneades uero & permulcebat & depopulabatur/ nam furta quidem occulte latrocinia uero aperte irruens. faciebat/ modo dolo modo ui etiã præparatos præmeditatos etiã hoĩes cõfundebat: Ita nullus ei resistere poterat: Sed erant oẽs q̃buscum pugnabat multo inferiores. Carneadi autem Clytomachus successit: Clytomacho Philon/ de quo idem Numenius hæc perstrinxit. Philo cum Clytomacho successisset nimia lætitia confusus quasi gr̃am habẽs quæ illi uisa fuerant confirmabat: amplificabatq; ac aduersus stoicos cunctis uiribus armabatur. Sed tp̃is spatio ueritate rerum coniuncta in compræhensibilitatis opinio fuit. Quare Philon quoq; ipse ne transfuga uideretur redargui magnopere cupiebat/ huic Antiochus

[Marginal handwritten notes: "incomprehensibilitas." — "Arcesili pitanei quanta apud auditores auctoritas." — "Lacydes Arcesili successit oeconomus cognominatus" — "Aristippus Cyrenensis" — "Euander Aristippi successor." — "Carneades Academia tertiã constituit." — "Carneades in disputando mos oĩa oppugnandi." — "Numenius." — "Clitomachus successor Carneadis." — "Philo Clitomachi successor."]

in academia successit/qui stoicum Menesarchum secutꝰ philoni præceptori nõ paucis contradixit/& aliena dogmata in academiã induxit. Hæc de successiõe platonica ab ipsis ut uides philosophis tradita sunt. Considera igitur altius oro falsitatem dogmatum & pugnas philosophorum/qui & si per uniuersum orbem amore ueritatis errauerint/nullũ tamẽ laboribus dignũ fructũ posteris transmittere potuerũt sed nec ipsi magnã utilitatẽ cõsecuti sunt. Cultus enĩ idolorũ & multitudinis deoꝝ opinio. quasi pestis omnia contagione sua inuaserat/quæ ipsos quoqꝫ philosophos moribꝰ ciuitatũ ac legibus sacrificantes summerserat.

¶ Quod unusquisqꝫ philosophoꝝ q̄ ipse coniiciebat de diis sequebatᷣ. Cap. III.

n Ihil enim ueri de diis a prioribus accæperunt/sed suis cogitationibus cõiectura ducti de natura philosophantur/quod Porphyrius in epistola ad ægyptiũ Anebonem his uerbis fatetur. Incipiã uero inquit a diis & dæmonibus bonis de quibus plurima græcorũ philosophi dixerunt/sed quæ dixerũt cõiecturis præcipue nituntᷣ. Et subiungit magna pugna de his uerbis apud nos est. Humanis.n.rationibus de bonis coniicimus/qui aũt altiora hoc modo inuestigant/cum puenire nequeãt quo proficisci uoluerint frustra philosophãtur. Idẽ ipse in libro ad Boethũ de animæ historia inquit: Cõis quidẽ hominũ sententia immortalẽ esse animã prædicat. Ratiões uero quæ a philosophis adducuntᷣ faciles refutatu sunt. Nulla enĩ apud philosophos opinio pp cõtrarias rationes quas facile contradicẽtes inueniũt firma esse uidetur. Immo uero etiam de his quæ oculis cernuntᷣ nihil esse cõfirmãdũ multi opinati sunt/& in libro de respõsis ipso Apollinis oraculo in testimoniũ citato seductos fuisse græcos/& ab ægyptiis caldæis & hebræis ueritatẽ ut in superioribus diximus conspectam affirmat. Videmur ne igitur accusandi nos qui seductas gẽtes cõtempsimus/& hebraicæ scripturæ toto animo adhæsimus? Cur enĩ oportet nos philosophos audire ac magni quicq̄ ab illis uelle discere si cõiecturis utuntur & uariis rationibus atqꝫ diuersis in summam oĩum dubitationẽ adducant? quod ut re ipsa uideas ipsoꝝ philosophoꝝ de principiis/de diis/de uniuersi constitutione uarias immo uero contrarias sententias exponam.

¶ Quod mathematicæ disciplinæ nihil conferant ad pietatem. Cap. IIII.

f I prius ostendero nihil astrologiam/arithmeticam/geometriam / musicamqꝫ (ipsi mathematicas disciplinasqꝫ uocant) quæqꝫ non ipsi inuenerũt/sed a barbaris accæperunt ad inueniendam ut ipsi putant ueritatem conferre. Nam si disciplinarum inquiunt cognitio animum non formauerit / nullus recte philosophari nec deum cognoscere potest. Ita quasi deus ipse numeris teneatur/nos qui eas disciplinas non admiramur pecudes esse arbitrantur/nec magni aliquid posse nos intelligere contendunt. Res autem ipsa oñdit multos apud græcos fuisse/inumerabiles apud barbaros q̄ q̄uis has disciplinas optime tenuerint: nec deum tñ nec recte uiuẽdi normã cognouerũt. Econtra multos sine illis pie simul atqꝫ sanctissime uixisse: Itaqꝫ Socratẽ quẽ merito oẽs admirantur non magni has disciplinas fecisse. Xenophon in libro de dictis socraticis scribit. Docebat inqt quãtum oporteat singularum reꝝ atqꝫ artiũ hr̃e peritiã. Nã tãtum geometriæ studendum cõsulebat quãtum sufficeret ad mẽsurationem agrorũ ac distributionẽ/quod adeo facile dicebat esse ut si quis diligẽter animaduertat q̄primum quãtitatem agri cognouerit mensurationem ignorare nõ possit. Reprobat uero tãtã eius rei curã ac studium ut difficili figurarum cognitioni inuigilare uelis. Nullã enĩ utilitatem in illa speculatione uidere se asserebat/nec erat geometriæ impitus/sed a multis atqꝫ utilissimis studiis ẽt hoĩs uitã ad aleaꝝ cõsiderationũ studia deducere nõ oportere putabat. Similiter astronomiã quoqꝫ discẽdã cõsulebat ut dies ac noctes horas & mẽ

ses & annos rectius percipiamus. Quæ res ad iter agendum & nauigationes atq; custodias multaq; alia in nocte aut in mense aut in anno peraguntur perutilis est: Eo usq; autẽ astronomiã discere quousq; planetarũ motus/& distantias eorũ a terra cõpræhendas uehemẽter improbat. Nullã.n. utilitatẽ etiã in hac re uidere dicebat/nec erat expers oium istorum. Sed cũ longa tẽpora spacia desiderant nõ cõferre arbitrabatur utiliora relinquere & in his uitã conterere. Omnino autẽ nõ esse curandũ homini dicebat ut per cælestia corpora futurorũ quæ ĩ potestate diuia sunt cognitionẽ ꝑquirat. Nec.n. posse hoies illa cognoscere/nec diis gratũ esse si quæ illi occultarũt ea tu diligenter inqras posseq; facile ira deorũ in insaniã Anaxagoræ cadere/q cũ cælestiũ scientiã profiteretur in id amentiæ incidit ut solẽ ignẽ penitus putaret: Nec prospicere poterat facile nos ad ignẽ oculos erigere cũ solem respicere nequeamus nec corpora hoium acriora fieri ab igne queadmodũ a sole. Nec cernebat oia quæ a terra germinantur absq; solaribus radiis atq; calore cælesti crescere nõ posse/quæ omnia igneo calore languescũt ac pereunt. Logicam quoq; discendã ita cõsulebat ut magnũ eius studiũ multamq; operã improbaret. Hæc Socrates apud Xenophontẽ/ipse autẽ Xenophon in quadã ad Aeschinem epistola/hæc de Platone ac de his qui naturalẽ scientiã profitebantur scribit. Omnibus inquit patet diuinas res cognitiõe humana cõpræhendi non posse/quare sufficit pie ipsos deos & ex animo colere/quales autẽ sunt nec inuenire nobis possibile est/nec fas est quærere/nec enim seruis conducit/nec eis laudabile dixerim si dominorũ suorũ consilia nisi quantũ ad ministeriũ suũ ꝑtinet scrutari uoluerint. Quãdo enim o Aeschine Socratem quispiã audiuit de cælestibus aliquid corporibus dicere? aut ad subtiles linearũ speculationes perdiscendas exhortari? Musicam enim ipsum scimus auribus solummodo percæpisse/quotidie autẽ de fortitudine/de iustitia/de aliis uirtutibus disserebat. Hæc nãque bona hominũ appellare solebat. Cætera uero aut ꝑcipi ab hominibus nõ posse/aut non longe a fabulis distare Sophistarũque ludis similia esse/hæc ille & cæteris consulebat & ipse primus faciebat. Hi ergo quibus Socrates nõ placuit aut taceãt aut ad id quod æquũ est redeant. Socrati enim uiuo sapientiam deus soli atestatus est: Qui uero eum interfecerũt pœnitentie stimulos effugere nõ potuerunt/isti autẽ bona ægypti & prodigiosam Pythagore sapientiã adamarũt/& solida Socratis tenuitate cõtempta tyrannidem coluerunt/& tenuissimã uitam dapibus siculis commutare nõ erubuerunt. His uerbis Xenophon Platonẽ occultius pugnabat: Socrates uero apud ipsum Platonem in libro de republica gymnastica musica & astronomia ita loquitur ut etiam Plato non multum istis attribuere uideatur.

¶ Opiniones priscorum periarchon idest de principibus. Cap. V.

Verum ut facilius merito contemptam esse a nobis hanc inanem græcorũ philosophiam cognoscas nõ grauabimur altius uarias atq; diuersas immo uero inter se contrarias philosophorum opiniones repetere: Assumam autem ea a libro Plutarchi quem de dogmatibus philosophorum inscripsit. Thales inquit Milesius de septem sapientibus unus principiũ rerum aquam putauit. Is primus philosophari dicitur incæpisse/& ab eo ionicam philosophiam esse appellatam. Dicit aũt iunior in ægypto fuisse/& in miletum senior rediisse. Inductus ãt fuit ut ex aqua uniuersa primo esse diceret/& in aquam demum resolui/quia sperma oium animalium origo humida substantia ẽ. Vnde uerisimile putauit hoc modo ex humido cuncta oriri: Deinde quia herbæ ac plantæ uniuersæ humido aluntur/& fructus fuerũt/ eius aũt penuria languescunt ac decidunt. Tertio quia ignis stellarum atq; solis & ipse mundus aqueis uaporibus alitur/quam opinionem Homerus quoq; approbare uidetur cum dicat Oceanũ

qui oium fuit origo. Anaximander aũt milesius principiũ rerũ infinitũ esse asserebat & ex hoc oia primũ oriri/& in hoc tandẽ deuenire/iccirco infinitos oriri mũdos atq; rursus corrũpi infinitũ aũt esse dicit principiũ nequid desit/neue generatio terminetur. Errauit aũt quia nõ aperuit infinitũ istud aer ne an aqua sit aut aliud quoddã corpus errauit ẽt quia subiectã materiã dicẽs efficientẽ cãm deseruit: infinitũ enim nihil aliud q̃ materia est quæ actu esse nõ potest nisi ab efficiente eliciat. Anaximenes uero milesius principium rerũ aerem opinatus est ex quo fieri cuncta & in quẽ resolui cõtendit/ aĩam.n. nostram aerem esse ait hic.n.nos cõtinet. Vniuersum ẽt mundum spiritus & aer fouet. Idem aũt aer & spũs apud eum est. Hic ẽt errauit quia ex informi ac simplici spiritu atq; aere aĩalia posse cõstitui putauit. Impossibile ãt omnino est principiũ rerum solum esse materiam cũ necesse sit efficientẽ causam ponere. Non.n.ex argento aut ligno aut aere uasculũ unq̃ fiet nisi artifex fecerit. Heraclitus uero & Hippasus metapontinus ignem esse principium putarũt/quo extincto cætera gignũtur/cuius solidiorem partem in se cõtractam atq; constipatam terram fieri/terram porro ab igne resolutam in aquã uerti/& exaltationes aquarũ in aerem transire. Rursus aũt uniuersa corpora mundũq; ipsũ ignis ardore corrupi. Principium igitur ignis est inquit q͂a in eo sũt omnia & in eũ desi resoluũtur. Democritus quem epicurus sequitur principium rerum asserit corpuscula quædam minutissima/quas athomos appellat rõne cognoscibiles solidas nõ generabiles nec corruptibiles omni fractura superiores quæ alterari nõ possunt. Has in uacuo & per uacuum moueri asserit quod infinitum esse opinatur: Athomos quoq; ipsas infinitas numero dicit quibus accidunt figura & magnitudo secũdum Democritum: Epicurus aũt pondus etiam adiecit: Non.n.mouebuntur inquit nisi pondere deferãtur. Figuras porro athomorũ nec infinitas & eiusmodi esse asserũt ut frangi nõ possint. Athomos enim dicta est nõ quia minima sit/sed quia diuidi ac frangi nequeat. Athomos autem esse dicunt quia uacuum atq; unitas elementa sunt. Empedocles uero agrigẽtinus quattuor elementa ignem uidelicet aerem aquam & terrã principia ponit. Duas etiam uirtutes amicitiam atq; litem/& amicitiam quidem cõiungere/litem uero distinguere. Hæc fuit primorum philosophorum discrepantia: Iste sunt de principiis illorũ inanes opiniones. Non.n.deum creatorem nec deos oino aut incorporeas & irrationales substãtias nec illud quod supra sensum sit in principiorũ numero accæperũt. Primus autẽ græcorum oium Anaxagora fertur intellectum rerum oium causam asseruisse qui philosophandi amore agros suos dr̃ incultos reliquisse: Is primus efficientem causam rõnalem arbitratus est/confusa.n.oia simul fuerunt/sed itellectus a confusione in ordinem ea redegit/admiratione uero dignum est q̃ ita dicentem pa͡rꝝ defuit q͂n athenienses lapidibus obruerent/quia uidelicet non solem sed solis creatorem uenerabat̃: Is & si rebus oibus itellectum proposuit non tamẽ cõsequẽter ubiq; seruauit. Vnde Socrates apud platonẽ de aĩa uehementer eum incusat. Cum legissem inq̃t Anaxagoram dicentẽ oium causam esse itellectum magna lætitia pfusus putaui magistrũ iam me Anaxagoram iuenisse q mihi diceret oia optĩe ab itellectu eẽ disposita/& a quo discer̃ possem utrum terra rotunda an triangularis sit. Causam.n.afferre ipm arbitratus sum. Quare altero alterum melius/& q͂a optimũ est talem terram esse/& si in medio ipsam diceret ilico exponeret quia optimum est in medio sitã eẽ/ac eodẽ modo de sole luna & de uelocitate ipsorum/& de aliis singulis quod optimũ sit alia pati alia facere quæ patiuntur & faciũt/ nõ eni alia causa q̃ optima reddi potest si a rõne atq; ab itellectu disposita sunt/magno igitur gaudio sæpe libros eius perlegi/& pgressus aerem aquam ignem cæteraq; hmõi afferre Anaxagoram uidens/eisq; causas rerum attribuere/nec itellectu ac rationi aliquid

attribuere magna de spe decidi Simillimum.n.mihi facere uidebatur/ac si quis diceret oia intellectu atq; ratione a Socrate fieri: Deinde cũ reddere causam uellet quare hic sedeam responderet quia corpus meũ ossibus atq; neruis cõstat/cum ossa articulos coniunctionesq; habeant neruis colligatas/& nerui trahi atq; retrahi soleant flecti hoc modo corpus facile posse qu[i]a de causa fit ut sedeam/nõ.n.uera causa redditur/sed quia uidelicet eũ athenienses mortis crimine cõdẽnarint/& mihi iustus uisum est sententiam hanc subire: Iccirco expectãs hic sedeo. Nam per canẽ nisi hoc esset si fugere mihi melius uisum esset/hæc ossa & isti nerui megaræ & in boetia essent Si qs uero cõtendat nõ posse me quæ mihi optima uidentur absq; neruis & ossibus cæterisq; huius efficere/uere quidẽ dicit. Per hæc enim facio/ratio autẽ eorum quæ intellectu fiũt nõ hæc sed melioris aut certe optimi est. Et post pauca ita & terrã alius reuolutiõe cælorũ in medium depelli alius propter latitudinẽ suam ab aere sustineri/quod autẽ melius sit in medio sitam esse ne quærunt quidẽ. Est aũt quod oia ligat & bonũ ipsum quod nescio quomodo omnes negligũt. Hæc Socrates. Anaxagoræ autẽ successit Arcesilaus quem Socrates audiuit/præterea & Xenophanes & Pythagoras/qui Anaxagoræ temporibus floruerunt de æternitate dei & de animæ immortalitate philosophati sunt.

Opiniones philosophorum de diis. Cap. VI.

Nunc uideamus quales opiniones de diis philosophi habuerunt: Plutarchus sic in libro prædicto scribit. Nõnulli philosophoꝝ inquit ueluti Diagoras Milesius & Theodorus cyrenaicꝰ & Euemerus ẽgrata & Calimachus nullo modo deos asserebant. Euripides ẽt tragicus q̃uis Ariopagitarũ formidine nõ oino se aperuerit. Sisyphum tñ induxit quasi huius opiniõis protectorẽ/& quibuscunq; potuit rationibus sententiã eius tutatus est/& Anaxagorã q una stetisse corpora confuse primo affirmauit. Deinde a deo in ordinem distincta/& Platonẽ qui nõ stetisse/sed inordinate mota fuisse primo dixit/deinde a deo in ordinẽ redacta repræhẽdit quia dixerũt deo de his inferioribus curã esse. Beatum.n.illud animal atq; icorruptibile inquit omni bono repletũ & omnis mali expers ab beatitudinẽ suã conuersum res humanas non aiaduertit. Miserũ.n.esset si fabri aut operarii more ad huiusmodi fabricã se cõuerteret. Præterea deus quẽ dicunt ante ordinationẽ totius aut dormiebat inquit/ aut uigilabat /aut si neutrũ uerũ est/nec erat oino: Si ergo dormiebat a seculo mortuũ fuisse necesse est: Sempiternus.n.somnus mors est; Deus ãt nec somnii nec mortis particeps est: Sin uero uigilabat aut perfectã beatitudinẽ habuit aut mancã atq; impfectã; Si pfectam nullius rei indigebat/quare nec ad nouã rerũ productiõnẽ descẽdisse ipsum uerisimile fit: Sin aũt manca beatitudo affuerat quõ uere dici deus põt/cui quicq̃ abfuisse conceditꝰ. Ad hæc qũo si diuinitꝰ humana gubernantꝰ/& bõi uexantꝰ; & mali feliciter uiuũt Thales mundũ deum eẽ asserit. Democritꝰ mundi aiam ait deum eẽ/& cum pilæ igneæ formam possidere. Pythagoras de principiis unitatem deum & bonum/unitatẽq; esse unius naturam intellectum uidelicet ipsum/dualitatem uero dæmonem esse ac malum/ in qua materialis est multitudo. Socrates & Plato unicum uniforme quod uere ens atque bonum est/hæc autẽ uocabula ad itellectum omnia spectare. Deus igitur itellectus est & species separabilis.i.procul ab omni materia & nulli passibili coniũcta Aristoteles supremum deum separabilem speciem uniuersi sphæræ insidentem. Sphæram autẽ corpus æthereum quod ipse qntum appellat. Quod cum per multas sphæras diuidatur natura coniunctas & rõne separatas. unamquãq; sphærarum compositã ex aia & corpore aial esse arbitratur/& corpus qdem ut diximus cum æthereum sit circulariter moueri/aiam uero q̃uis per se sit immobilis ipsam tñ motus causam esse. Stoici deum arti-

ficiosum ignem atq̧ intellectualẽ esse asserũt uia rõneq̧ ad generationẽ mũdi ꝑgredientẽ/q mũdus oẽs ſpmaticas rões qbus singula secũdũ fata gignunť in se continet. Deũ aũt spiritum eẽ ꝑ uniuersum mundũ penetrantẽ diuersis noibus appellatũ secundũ rerꝫ ꝑ quas transit diuersitatẽ. Mundũ ẽt deũ eẽ & stellas & terrã. Supremũ aũt oium intellectum esse in æthere. Epicurus deos hoium formã habere q̃uis non sensu ꝓpter tenuitatẽ naturæ/sed rõne ꝑcipianť. Quattuor deĩde ĩcorruptibiles põit naturas athomos/uacuũ/ĩfinitum/similitudines/quas qdẽ naturas similiũ partium & elementa ĩpe uocat. Hinc manifeste uidemus nullam græcos ante Pythagoram atq̧ Anaxagoram dei habuisse cognitionem/quare antiquissimis temporibus ut phœnices & ægyptii q ut ostẽdimus non incorporeas quasdam uirtutes/sed mortales uiros ut deos colebãt. Sic græci quoq̧ diuinos honores hominibus conferebant.

Aduersus eos qui sensum tollunt inutilẽ eẽ dicẽtes ad cognitionẽ. Cap. VII.

Uerum quoniam alii philosophoꝝ sensibus cuncta cognosci arbitrabanť alii cõtra rõni solũmodo credẽdũ & sensum oĩno abiĩciẽdũ dicebant. Nõ est iutile qd aduersus ĩstos Aristoteles in octauo de philosophia conscripsit ꝑstringere. Multi inqt rõnem solũmodo sequentes sensum ac phanťiã oĩno abiiciebant/ut Xenophanes colophonius/& Parmẽides eleata/& Zeno: & Melesius de antiqorib9: De iunioribus aũt Stilpo & megarici q dicebant unum esse quod est/& quod diuersum eẽ uideť/diuersum non eẽ nec gigni quicq̃/nec corrũpi/nec moueri ꝑẽit9/aduersus quos q̃uis in philosophia multa dicanť/tamen etiam nunc pauca dicamus. Diuina igitur res in nobis rõ est/ĩdigenus tamen sensu queãdmodũ & corpore. Nã & sensus naturæ de sensibilibus iudicat. Qui.n.sentit aliqd patitur/& q sentit quod patitur eã passionem ꝑfecto cognoscit. Sensus igitur cognitio quædã est. Præterea si sentiř pati quoddã est: & oẽ quod patitur ab aliquo patiť. Oĩno diuersum aliqdque quod facit est ab eo quod patiť ut color/& son9 a sensu. Deĩde ĩpm ens unũ moueat/sed nec ĩmobile. Sensus.n.motus qdã ẽ/qũo ãt si nihil ad cognitionẽ cõferũt nullus ẽ q̃ nollet secũdũ naturã sibi sensus eẽ depositos? Oẽs.n.ĩtegritatẽ sensuũ organorũq̧ suauitatẽ desiderãt q meli9 ita de sensibilib9 iudicãt. Quare natura duce tant9 nobis amor ĩnest/ut nullus nõ ĩsanus unũ sensum ꝓ oĩbus bonis quæ uocanť extrẽa uellet cõmutare. Cur aũt si nihil sensibus egeant nõ erũt oculos nec auditũ destruũt/ut opæ oñdant ueram esse doctrinã suã: Nunc uero uerbis qdã eos uitupant/re autẽ maxĩe oĩum utunť. Melissus.n.cũ sensibilia nihil eẽ uelit oñdere ꝑ sensibilia hoc ĩpm efficere conať. Si.n.terra est inqt & aer/& ignis/& ferrũ/& auꝝ/& aliud uiuẽs/aliud mortuũ/aliud nigrũ/aliud albũ/cæteraq̧ oĩa quæ esse hoĩes credũt si ẽt nos recte uidem9/audimus atq̧ sentim9/ens quoq̧ tale qd eẽt ꝑfecto quale uobis prĩo uisum ẽ/neq̧ trãsmoueretť nec aliud ex alio fieret/sed sibi ĩpsi simile ꝑmaneret. Nũc uero cũ dicam9 recte sentire uideť nobis quod calidũ ẽ ĩ frigidũ/& frigidũ ĩn calidũ/similiter & molle in duꝝ/atq̧ ecõtra ꝑmutari. Merito igiť posset qspiã ꝑcũctari. Nõne igiť calidũ in frigidũ trãsmutari cæteraq̧ hui9 sensu cognouisti? Sed rõnes opionesq̧ istoꝝ iã ita explosæ sũt ut nec dictæ qdẽ eẽ uideanť. Recte igiť ꝓcul dubitatiõe illi philosophanť q & sensum & rõnẽ & cognitionẽ reꝝ suscipiũt. Hic Aristoteles Xenophanẽ & eius similes uexauit. Xenophanẽ aũt Protagoras & Nessas audiuerũt/Nessam Metrodorus: Metrodoꝝ Diogenes: Diogenem Anaxarchus: Anaxarchũ Pyrro a quo sceptici philosophi appellati sunt/qui nec sensu/nec ratione quicq̃ posse compræhendi docentes magno risu omnium explosi sunt.

Eusebii Pamphili de euangelica præparatione Liber.xiiii.& ultimus finitur.

Clarissimo iurisconsulto Alberto Vonico Taruisano Hieronymus Bononius.

m Agna Alberte clarissime ac rerũ dignarum studiosissime priscos hoies causa℞ solertissimos indagatores obductos teterrimæ calligine cecitatis in ueritate diuini numinis uestiganda laborasse diu uideo/quibusdã nephandissimæ impietatis assertoribus deos oino ptinaciter esse negãtibus/ut Diagoras & Protagoras: Nõnullis essent nec incõstanter dubitantibus ut Pythagoras Samius aliquibus/deos quidem esse fatentibus/res tñ humanas & terrena negotia nõ respicere/ut Epicurus: Aliis & esse qdẽ & mortaliũ curã gerere existimãtib9sicuti diuin9Plato. Tãtus ãt inter hos ipsos error in quæstione ueri/tanta cærimoniarũ/rituũ/mysteriorũ uarietas fuit ut nulla hoium oino ætas fuerit quæ i diuinarũ re℞ sñia nõ multũ inter se ipsa dissederit: Egyptiis Osirim: Isim: atq̧ aĩalia quædã abiectissima adorantibus. Atheniensibus Cererem magno studio præcipue colentibus: Romanis Martem Vestam Quirinũ ac quosdã priuatos deos uenerãtib9: Atq̧ hæc qdẽ multiplex cõfusio p multũ tpis i toto ferme terrarũ orbe pseuerauit usq̧ ad Saluatoris aduentũ: Tum uero cæcitati mortaliũ in lumẽ saluberrimæ pietatis ab illa perniciosissimæ impietatis nocte traducto℞ lux oboriri cœpit/tum errantibus semita ueritatis ostẽdi. Diffusi deinde uariis mũdi regionibus Apostolici præcones euãgelica prædicatione oẽs gentes omnes nationes illustrarunt/ut eorum uere fuerit uaticinatus propheta in oẽm terram sonum exiisse/& uerba in fines orbis terræ. Viri tum doctissimi uereq̧ philosophi dei optimi maximi q sola sapientia est amatores tanq̃ sidera coruscantia passim emicuere. Hinc apud Latinos lacteo eloquẽtiæ fonte Manans Lactantius Cœlius/trium linguarũ optimus interpres uitæq̧ sanctimonia probatissimus Hieronymus/hinc sacer Aurelius Augustinus: Immortalis Ambrosius/uigilantissimus Gregorius elegantissimis religionẽ nostrã eloquiis illustrarũt/gentilitatis dæmonum insidioso℞ astu diutius elusæ splendidissimo lumine ueritatis tenebras retexerũt/& male de ueritate ipsa sentiẽtes fræno seueræ castigationis cõpescuerunt: Apud græcos uero Athanasius: Basilius: Gregorius Nazanzenus: Ioannes chrysosthomus: Eusebius Pamphili aliiq̧ per multi indefessi Christiano℞ dogmatũ assertores summopere claruerũt: Hiq̧ diu limitibus græcie cõtendi dum per quietẽ licuit inter suos hoc est græcos hoies Italiæ ignoti latuere. Sæuientibus demum tota græcia diutinis atrocissimorũ hostium bellis/occupato infelicis prouinciæ disciplinarũ matris imperio. Direptis misere ciuitatibus/tota nobilitate atq̧ uirtute Attica in Italiam cõmigrãte/clarissimi quiq̧ auctores cũ gentiles tũ christiani ad tutã hospitalitatẽ diuertẽtes studio doctissimorũ interpretũ linguam Romanã didicerũt. Verũ cũ a plurimis i historiarum/poematũ ue traductiõe fuerit hactenus feliciter elaboratũ nõ minus grate utiliter q̧ ab iis qui res christianas eligere maluerunt effectũ est. Non. n. Omnibonus Leoniceus uir singulari doctrina præditus minus laudis consecutus est in Athanasio traducendo quã alius quispiã in quouis gentili opere aut ipsemet in toto cõmentariorũ infinitorũ contextu Neq̧ Georgius Trapezuntius uir diuinus ex p̄paratione euangelica Eusebii in Latinum uersa minus gloriæ reportauit quã Rhetoricæ artis laboriosissimo opere edito. Cuius quidẽ clarissimi operis dedicati Nicolao Quinto pontifici maximo litterarũ toto orbe fugientiũ parenti/quo ad superos unde nobis dimissus fuerat intempestiue redeũte omnis doctrinæ spes erepta est/cum copiã facere oibus quæreremus nec sat facile inueniri posset exemplar/tu Albertæ liberalissime ex bibliotheca tua quã preciosissimis libris displinarũ omniũ liberalium refertam in ornatissima domo in modum atrii extructa studiosissime sumptuosissimeq̧ cõparasti/nobis promptissime subuenisti. Vnde cum te iuuante / immo causam primariam præstante germen utilissimi

libri in angulis quibusdam abditis delitescentis fuerit abunde propagatum debebimus non tantum nos officiosissimæ tuæ probitati. Sed quicunq; optatissimi muneris prius cupidi prope languebant immortales gratias habebunt: Cũq; in eo diuersoꝝ male sentientium opiniones insolubilibus argumentis confutatas/& fidem orthodoxam fundatissimis rationibus stabilitam & confirmatam lectitabunt non poterunt non tuæ munificentiæ meminisse nomen tuum æternæ perennitatis monumento consecrantes.

FINIS.

¶Eiusdem Hieronymi carmen.

Eusebius graio tantum sermone loquebar
Nec poteram latiis utilis esse uiris.
Cura Trapezunti non est perpessa georgi
Ignotum tanti muneris esse bonum.
Interpres latias solers aduexit in oras
Et docuit lingua liberiore loqui.
Errores igitur quisquis cognoscere priscos
Instructus uera religione cupis
Me lege diuinas Romana uoce docentem
Historias/grates soluere utriq; memor.

¶Eusebii Pamphilii de euãgelica præparatione opus a doctissimo utriusq; linguæ iterprete Georgio Trapezuntio e græco in latinum Impressum Venetiis per Bernardinum Vercellensem: Anno Salutis. M.CCCCCI. Die primo Kalendis Septembris.

¶Registrum huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q

¶Omnes sunt terni; præter a & q qui sunt quaterni.

¶Cum gratia & priuilegio.